



30.

767.

Q. D. B. V.

DISSERTATIO JURIDICA

OCTAVA,

ad

CONSTITUTIONES ELECTORALES

DIVI AUGUSTI,

De

ARRESTO SAXONICO.

Ex Part. I. Constit. XXIX. & XXX.

Quam

Indultu & permissu Jctorum ordinis

IN ACADEMIA WITTEBERGENSI,

PRÆSIDE

RECTORE MAGNIFICO

WERNERO THEODORO

MARTINI, J. U. D. & P. P.

CONSILIARIO ELECT. SAXONICO.

publicæ ventilationi exponet

In Auditorio JCT, ad diem

Anno 1683.

JOHANNES PAULUS SCHRÖTER,

TORGAV.

Typis MATTHÆI HENCKELII, Acad. Typogr.

CM



DISSERTATIO JURIDICA

OCTAVA

CONSTITUTIONES FLECTORALES
DIVI AUGUSTI

ARRESTO SAXONICO

EX PART. I. CAP. XXIX & XXX

IN ACADEMIA WITTEBERGENSI

RECTORE MAGNifico
WERNER O THEODORO

WITTEBERGAE

DISSERTATIO VIII.
 ad
 CONSTITUTIONES ELECTO-
 RALES SAXONICAS
 DIVI AUGUSTI
 RESPONDENTE
 JOHANNES PAULO SCHRÖTERO,
 TORGAV.

PARTIS PRIMÆ,
 CONSTITUTIO XXIX.

Welcher gestalt ein Kommer / bestän-
 diger und kräftiger weise geschehen soll.

Wir befinden / daß mit den kommern und arresti-
 ren viel Mißbräuche / Unrichtigkeit und Un-
 gleichheit in den Gerichten biß anhero fürgefal-
 len. Derowegen ordnen / setzen und wollen wir / daß
 ein ieder / so sich der Kommer Gerechtigkeit brauchen
 will / schuldig seyn soll / alsobald / wenn ihm der erste
 Kommer verstattet / demselbigen von vierzehnen Ta-
 gen zu vierzehnen Tagen / gebührliche Folge zu thun /
 und zugleich mit dem letzten Kommer / die Klage
 mit ausdrücklicher Ausgebung und Specification,
 seiner Schulden dergestalt einzubringen / daß man
 daraus eigendlich zufinden habe / wie er dieselbige zu
 erweisen vermeinet / dabey er dann auch citation und
 Ladunge an den Schuldener suchen und bitten soll / und
 soll alsdenn mit fernern Kommer zuverfahren / nicht
 schul-

A 2



schuldig seyn. Und wo diese Form von einem Arrestanten überschritten / so soll der gesuchte Kommer nicht seyn / ungeachtet / ob gleich der Arrestant, von vierzehnen Tagen / zu vierzehnen Tagen / mehr denn drey mal denselben verneuret hätte. Begebe es sich auch / daß einer einen Kommer erlanget / und ein ander folgte dem nach / und brächte alsobald mit dem ersten Kommer seine Klage ein / so soll doch der letzte / hiedurch vor dem ersten / wofern derselbe auf den dritten Kommer = Tag seine Klage / wie obstehet / übergiebt und citation ausbringet / hiedurch keinen Vortheil erlanget haben. Wir verbieten auch hiemit alle heimliche Kommer / und wollen / daß dieselben hinführo in Gerichten unserer Lande nicht verstattet werden / und da solches gleich beschehe / so sollen sie doch an sich selbst nichtig und unkräftig seyn.

NOTE.

Not. 1.
Dispositio Ma-
teria.

Not. 1. Materiam Juridicam DE ARRESTIS cum nonnulli Jcti, imprimis Mevius & alii peculiaribus Commentariis illustrarint, ideoqve nos de illâ præsentî locô ARRESTI saltem specie dicemus, quæ JURE potissimum SAXONICO fundata & confirmata est, non solum præsentî *Constitutione Electorali XXIX. & XXX.* Sed & *Ord. Proc. tit. 51.* nec non aliis decisionibus Electoralibus Novissimis. Anteqvam verò ad harum Constitutionum Explicationem progredimur, in genere quædam de ARRESTIS; eorumqve naturâ & variis qualitatibus præmittemus.

Not. 2.
ARRESTUM
de dictum.

Not. 2. Vocabulum ARRESTI procul dubio Latinis & Romanis incognitum fuit, unde illius in Jurisprudencia

tia

tia Romanâ nullibi fit mentio, neque etiam in scriptis veterum Juris & Interpretum Juris Civilis, & quamvis nonnulli Doctores illud derivare conentur, vel à Gallicò vel Gracò quodam vocabulo ἀρραίσου vel ἀρεσου, dum Galli decreta & sententias supremorum Tribunalium, eorumque placita ARRESTA vocant, magis tamen placet sententia Gailii, tract. de Arrestis Imperii. c. 1. n. 1. Qui Arresti vocabulum barbarum esse putat, usu tamen fori quotidianò in Judiciis Germaniæ receptum, ut ita magis de Descriptione ipsius Rei, quam vera origine & Notatione vocis nos oporteat esse sollicitos, Germanicè vocatur, præsertim apud Saxones, ein Kommer oder Kummer / dicitur etiam nonnullis Germanis Ein Verbot anlegen / anhalten / zuschlagen / die Güter oder Personen bekommen / oder verbieten lassen. Est nempe Arrestum nihil aliud, de quo hoc loco agimus, quam Præceptum aliquod Judicis, quò jubet & impedit, vel Personam aliquam, vel res illius movere & aliò transferri, donec Judici, vel ei, qui impetravit Arrestum, satis fiat. Accurata nempe definitio Arresti ideo dari nequit, quod Arrestum pro cujusque loci consuetudine & Statutis, Legibusque Provincialibus varium sit & diversum. Aliud nempe est Arrestum Imperii, de quo peculiari tractatu agit Gailius, quod inter Privatas personas locum non habet, sed saltem Status Imperii, de quo prælaudatus Gailius pluribus videri potest. Aliud verò ARRESTUM est, quod conceditur ex permissione Judicis inter privatas quoque Personas. Et hoc iterum triplex esse videtur (1) PERSONÆ, quando Judicis mandato Persona à locò, in quo versatur, recedere prohibetur, antequam factis factum sit judici, vel parti adversæ, wenn einer mit

Barbarum Vocab. Arresti usu tamen fori receptum. Kommer.

DESCRIPTIO Arresti.

Varie Species ARRESTI. Arrestum Imperii. Arrestum inter Privatos Triplex.

(1) PERSONALE.



(1) REALE.

(3) *Mixtum
Personale &
Reale simul.**Arrestū Legis
de Jure Civili.**Arrestum Ho-
minis vel Ju-
dicis.**Arresta que
facti, non juris
sunt nulla &
invalida, uti
privati Car-
ceres.*

personlichen arrest belegt wird. (2) Aliud est *Arrestum Reale*, quando mandato Judicis Res de loco in locum dimoveri prohibentur, donec vel Judici vel Parti satis fiat, wenn eines Haab und Güter mit Kummer und arrest beschlagen werden. (2) Ab utroque participare videtur Arrestum, quando non solum Persona, sed & res alicujus amoveri prohibentur, donec vel Judici, vel arrestanti seu Arrestum impetranti satisfactum sit, wenn einer Re & corpore verarrestiret wird. Nonnulli Doctores & Interpretes dividunt etiam *Arresta* in illa, quæ *Legis* sunt, & quæ sunt *hominis* vel *Judicis*. *Meuius in Tractat. de Arrest. c. 2. n. 1.* *Arresta Legis* vocat, quando Jure Romano Judices civiles vel militares eorumque Domestici prohibebantur recedere extrâ Provinciam, quam tenebant intrâ 50. dies post finitam administrationem *t. t. C. ut omnes Judices tam civiles quam militares post administrationem depositam quinquaginta dies in civitatibus vel certis locis permaneant.* Cæterum ejusmodi arresta improprie mihi videntur esse talia, & hodie in Germania ignorantur. *Arresta* autem *hominis* vel *judicis* illa dicuntur, quæ vel ex officio à Judice vel ad instantiam & impetrationem Partis adversæ à Magistratu ejus loci, ubi vel Persona arrestati deprehenditur, vel in quò bona illius sita sunt, exercentur, & hæc omnium sunt firmissima, quibus contra distinguntur *arresta*, quæ dicuntur *facti*, quæ regulariter sunt prohibita. *L. 1. C. ad Leg. Jul. de vi Privatâ.* Uti etenim *privati carceres* prohibiti sunt in Jure, qui exercentur à privatis hominibus, ita quoque *arresta*, quæ à privatis exercentur in privatos nullius sunt valoris & momenti *L. 1. §. deniq. ff. quod vi aut clam.* Ubi dicitur, *illa, quæ de facto sunt, nullâ justâ Ex-
ceptio.*

DE ARRESTO SAXONICO.

ceptione defendi posse; Unde ejusmodi Arresta, quæ de factò fiunt, Judicis auctoritate tolli & revocari possunt. Gail. tract. de Arrest. Imper. c. 3. n. 15. Excipiunt tamen Doctores casum in *Criminalibus*, si quis delictum publicum commiserit, tunc ne delicta maneat impunita, Reus criminis de fugâ suspectus privatâ auctoritate detineri potest vel includi, donec Judici possit tradi, quoties enim periculum in morâ est, licitè à Regulis Juris communis receditur, ut imminente periculo obvietur. *L. 5. §. 12. ff. de operis novi nuntiatione.* Citrà hunc casum necessitatis, omnia, quæ facti sunt, & quæ privatâ & propriâ fiunt auctoritate, & sine causæ cognitione, de Jure omninò interdicta sunt, nemoque sibi in propriâ causâ Jus dicere debet, quin imò neq; ipse Judex regulariter sine causæ cognitione ab Executione vel arresto, Judiciû inchoare debet, quæ ratio est, quod etiam arresta Imperii inter stat⁹ constitutione publicâ prohibita sint, de quâ re prolixè tractat *Gailius de Arrest. Imper.* Quemadmodum verò duplici modò à Judice Arresta vel Personarum vel rerum decernuntur, *velex officio nobili*, quando Reip. interest, detineri alicujus Res vel personas, vel in civilibus vel criminalibus causis, vel ad impetrationem Arrestantis, vel petitionem eorum, quorum interest, ita non improbanda est Doctorum divisio, quâ Arresta alia dicuntur esse *Necessaria*, alia *Voluntaria*; Illa sunt *Judicialia*, quæ ad petitionem Partis vel ex officio à Judice decernuntur, præviâ causæ cognitione & justis ex causis, de quò præsentî potissimum agimus locò, & quorum requisitâ pluribus in sequentibus recensēbimus, sive sint *Arresta Personarum, sive Rerum.* Hæc verò *Voluntaria*, seu *Conventionalia*, originem habent ex *Conventione Partium*, quæ conventiones

Arrestum à Privato factū interdum lege approbatur.

Nec Judex sine Cause cognitione Arrestum decernere potest.

Arrestum à Judice vel ex officio vel ad petitionem partis decernitur.

Arrestum Necessarium & Judiciale.

Voluntarium & Conventionaliale.

&



*Obligatio ad
Obstagium &
Carceres.*

*Privato exe-
cutio senten-
tia non per-
mittenda.*

*Licita execu-
tio Privato-
rum.*

Not. 3.

& pacta intra contrahentes præcisè observanda sunt. *L. 1. ff. de Pactis.* Præsertim si talia sint, quæ non sunt contra bonos mores & honestatem. Nec obstat, quod nemo privatus carceres exercere possit, unde videatur quoque esse prohibitum, sese obligare ad Arrestum vel detentionem privatam, cum consuetudine & moribus Germaniæ non improbatum sit, ut aliquis Debitor se Creditori obliget ad *obstagium*, vel arrestum personale, daß er wolle das Einlag erhalten / oder nicht weichen noch wanken / biß er die Schuld / womit er seinen Gläubiger verhaftet / bezahlet / oder sonsten befriediget. Neque porro obstat, quod privato non liceat invadere res suas vel sibi debitas apud Debitorem existentes privatâ auctoritate, & quod etiam Victor executionem sententiæ pro se latæ, propriâ auctoritate facere non possit, sed possessionem bonorum Adversarii occupans sine Judicis auctoritate de Jure Civili, furti teneatur, & de vi bonorum raptorum, de Jure autem Saxonico restituere debeat possessionem cum mulctâ & emendâ præstandâ, & Parti & Judici, & mulctâ violenti invasoris sit 60. solidorum de Jure Saxonico. Quæ omnia latè persequitur & eruditè *Matth. Coler. in tract. elegantissimo, de Process. Executiv. in pref. n. 10. & seqq.* his tamen non obstantibus à Legge nonnulli approbantur casus, quibus Executio privata permittitur ex justâ & aliquâ & legitimâ causâ, ob quam Creditori licet res Debitoris retinere privatâ auctoritate, vel etiam ipsam personam *L. Creditores. C. de Pignor.* Multò magis illud affirmandum, si arresta rerum vel personarum fiant ex conventionem mutuâ utriusque partis.

Not. 3. Ex his, quæ dicta sunt, patet, quam varia & di-

DE ARRESTO SAXONICO.

& diversa sint Arrestorum genera, quæ etiam non unam admittunt descriptionem. Alia enim sunt arresta Personarum, quæ nihil aliud sunt, quàm jussa & mandata Judicis vel Magistratus, quibus certa quædam Persona vel ob crimen commissum, vel ob fugæ suspicionem, vel aliam quampiam causam civilem, vel ex officio, è loco, ubi commoratur, vel ad impetrationem adversæ Partis, se dimovere & discedere prohibetur, qualia Arresta Personalia species quasi sunt honestioris alicujus capturæ vel carceris, de quibus rectè sentit Mevius in tract. de Arrestis, quod illa etiam cadant in foeminas, ubi pluribus recenset illas personas, quas arrestare licet nec ne? Rectèqve concludit Arresta Personalia extendenda non esse nisi ad vivos, nullatenus autem ad defunctos. Ab omni enim humanitate alienum esse videtur, ex causâ præsertim Civili & Debiti cadaver defuncti Debitoris sisti, arrestari, dum etiam publicè privatimqve interest, Defunctos humari & terræ mandari, adeò ut ipsi naturæ & humanitati, imò verecundiæ & salubritati publicæ vim inferre videantur illi, qui obstaculum quarunt, ne cadavera sepeliantur, unde tam Jure Civili, quam Canonico in causis sepulturæ appellationes non recipiuntur. Cap. X. de Sepult. L. fin. ff. de Appell. recipiendis. Quin imò durissima in eos statuta est pœna de Jure Civili, qui ob debitum aliquod civile arresta petunt in Defunctorum persona, dum tertia parte bonorum suorum plectuntur, nec non cadunt ab actione contra heredes Debitoris ipsis competente, quin & notantur infamiâ, notabiles hæc de re sunt L. 6. & ult. nec non authentica ex Nov. 60. cap. 1. Et Nov. 115. cap. 5. C. de Sepulc. violato. Ubi Imperatoris Justiniani hæc sunt verba: Cum sit injustum, & nostris alienum temporibus injuriam fieri reliquiss

Varia Arrestorum Genera non unam admittunt descriptionem.

PERSONALE ARRESTUM describitur.

Personalia Arresta non conceduntur in defunctos.

Pœna juris Civilis statuta in eos qui sepulchras impediunt.

l. ult. C. de Sepulchro violato.

B

liquis



liquis defunctorum ab his, qui debitorem sibi esse mortuum dicendo, debitumque exigendo, sepulturam ejus impediunt. Eum vero, qui in hujusmodi fuerit deprehensus flagitio, quinquaginta libras auri dependere, vel si minus idoneus ad eas persolvendas sit, suo corpore sub competenti Judice poenas luere. Verba Athentices ex Novell. 60. cap. 1. hæc sunt: Item, qui domum moribundi aedit, ipsum, aliosve, qui ejus sunt, molestans, aut in rebus ejus non servato legali officio signacula imponit, ab actione post mortem illius cadat, & alterum tantundem exigatur ab heredibus injuriati: publicandâ tertiâ parte bonorum, ipsoque infamiâ notato. Eisdem poenis subjaceat, qui eo moriente circa funus peccat, cum prohibeat exequias. Verba Athent. ex Novell. 115. cap. 5. hæc sunt: Sed neque ante novem dies ab obitu numerandos, ulla prorsus fiat molestia adversus quemlibet ex Persona defuncti. Si qua enim cautio, si quid simile fiat, inutile erit: Ex hoc nullo præjudicio Creditori generando.

Not. 4.
Cautè procedendum in Arresto Personali

Requisita circa Arrestum PERSONALE

Not. 4. Cum verò Arrestum remedium aliquod sit extraordinarium, & Species quædam Executionis, à quâ processus inchoandus non est, ideoque Judex cautè procedere debet in decernendo Arresto, præsertim personali, quod ut antea dictum pro capturâ quâdam & carcere habetur, & facile in injuriam Arrestati redundare potest. Gail. in tract. de Arrest. Imper. c. 1. n. 11. hæc de re ita sentit: Periti Judices non debent præcipitare arresta sua, & præproperè ad nudam petitionem cujuslibet illa indiscretè decernere & promittere, daß Kummer-Recht nicht alsobald / und unbedächtlich verstatten. Antè omnia itaque Judex ventilet causam, ob quam Arrestum petitur, quis petat, contra quem petatur, item, num debitum, ob quod petitur, liqui-

liquidum sit, num justo tempore & loco petatur vel imponatur, num ipse Judex Arrestandi habeat potestatem, quæ omnia requisita, quæ circa Arrestum cautè imponendum observanda Judici sunt, pluribus recenset David. Mevius in tract. de arrest. c. 4. Item Peckius tract. de Jure sistendi, cap. 29. n. 4. Et postmodum singula membra modò allegatus Mevius nempè Personam Judicis imponentis arrestum, causas Arresti varias, Personas petentes arresta, Personas, quas arrestare licet, nec ne? Et tandem res, quæ arrestari possunt, denique tempus, locum, impositionis modum pluribus capitibus persequitur cap. 5. usque ad cap. 14. Et cum ceptum à nobis sit dicere de Personali Arresto, sciendum, regulariter omnibus Personis arrestum imponi posse, nisi certo privilegio & immunitate tutæ & munitæ sint, modo justa adsit causa, & Judex habeat Jurisdictionem & Potestatem arrestandi, ad minimum mixtum Imperium, & in causis privatorum Judex arrestum decernere non potest, præsertim in civilibus, nisi imploratus L. 4. §. hoc autem ff. de damno infecto. L. 1. §. Magistratibus ff. de Magistrat. Conveniend. Secus se habet res in causis publicis, v. c. Debitoribus Reip. & Facinorosis, contra quos ex officio nobili arrestum decernere potest, quamvis ab aliis non imploratus. Et petere quidem possunt Arresta Creditores ob debitum liquidum & Executivum, Legatarii contra heredem, hæredes Creditoris, successor Creditoris, vel Cessionarius, Fidejussor, qui solvit pro Debitore, Fidejussor contra confidejssorem. Et si proprio nomine quis petat Arrestum, personam debet habere standi in judicio, si autem nomine alieno hanc potestatem habeat, vel Lege & officio ut Tutor, Curator, Administrator bonorum &c. Vel speciali

Quibus Personis Arrestum imponi possit?

In causis civilibus implorari debet Judex.

In criminalibus & causis publicis ex officio.

Quinam arresta petere possint?



Contra quas
Personas Ar-
restum peti
possit.

Quanam Per-
sone Arrestis
oneranda non
sint?

1.
Civis immobi-
lium possessor.

2.
Clericus à Ju-
dice Seculari.

Professores &
Studiosi in A-
cademiis.

ciali mandato instructus, admittitur etiam socius pro socio in causis societatis, item, consors litis, quæ uberius declarat *Mevius tract. de arrestis cap. 7.* Illæ personæ autem, contra quas arrestum decerni potest in causis Civilibus, sunt Debitor, sive rem, sive factum debeant, Possessores rerum nostrarum mobilium, modò perfectæ sint ætatis, unde excipiuntur *pupilli & impuberes, it. Curatores & Tutores*, qui non in propriâ causa sed pupilli debent, benè tamen Fidejussor pro debitore, uti etiam hæres vel Debitoris, vel Fidejussoris. It. Successor singularis in certis conditionibus, & deniqve qui alieno nomine contrahunt, v. c. Negotiorum gestores, Procuratores, Factores, institores mercatorum &c. conveniri & arrestari possunt. *Peckius de Jure sistendi cap. 4. n. 12. & seqq.* Arresto verò affici facile non possunt præsertim ob debitum civile (1) Civis & immobilium Possessor in loco domicilii, quod secus est in illo, qui possessionatus non est, si quis contumaciter solve non velit, fugitivus, prodigus, qui revera civis non est, (2) Clericus à Jure Seculari, exceptis nonnullis casibus, si fugitivus sit, periculum in morâ, delinquens, si bona Clerici arrestentur, referunt huc *Doctores Professores in Academiis, ob authenticam habitam, C. ne filius pro patre.* Quod tamen limitatur in Studiosis delinquentibus, vel etiam de fugâ suspectis, si Debita contraxerint & discessuri non satisfaciunt suis Creditoribus, quotidiana nempe testatur experientia, etiam decerni arrestum contra Studiosos, re & corpore à Rectoribus Academiae his casibus. Num verò hoc privilegium Professorum & Studiosorum extendatur ad illorum Domesticos & ministros, item ad Doctores alios vel Advocatos, non docentes in Scholis, pluribus exponit *Peckius de Jure sistendi, c. 5. It. Rebuff.*

in

473.

DE ARRESTO SAXONICO.

in tract. de Privil. Scholarium c. 77. (3) Immunitatem ab arrestis tribuunt Doctores militibus in expeditione constitutis, ne cum damno Reip. à militiâ abstrahantur, quod tamen solum restringit *Peckius* ad actu militantes, sola enim militaris functio non liberat *L. milites. C. de Question. Præferti* in delictis, unde injustam prædam rapientes, à quovis Magistratu, etiam non militari, arrestari possunt, neque ab Arrestis omnia bona militum immunia sunt, sed illa saltem, quibus utuntur ad militiam. *Coler. de Proc. Execut. Part. 2. c. 3. n. 137.* Idem Privilegium concedunt Doctores *Nobilibus*, quod plerique tamen limitant in illis, qui insimul milites sunt, reliqui in prædiis vel alibi degentes, immunes esse non videntur, sed contrarium usu servatur. *Mevius in tract. de Arrest. cap. 8. n. 112.* Eleganter hanc tradit rationem: *Nec usus servat: Imò nec rationi congruum, ut in quibus fides præeminere debet, & turpior est non servati contractus, aut soluti debiti iniquitas, quam in cæteris inferioris sortis hominibus, illi privilegio ob dignitatem suam frui velint, cum fidem fallunt. In quos eò durius procedendum, quo magis perfidia honorem, quò tanquam bullâ gloriantur, conspurcant. Non habent, quod conqverantur, cum bonam præstando fidem arresta evadere liceat, minimè verò hæc accusare, nisi se reos faciant istius violatæ.* (4) *De Legatis Principum & Rerum publicarum* dubitari haud posse videbatur, quod illi citrà ignominiam arresto Personali affici nequeant, ob Privilegia Jure Gentium illis concessa, quibus gaudent Jure revocandi domum, & petendi actorem remitti ad locum domicilii. *L. 2. §. Legatis L. 8. ff. de Judic. Quod tamen limitat Colerus de Proc. Exec. cap. 3. n. 202. Et 196.* Si Legati sub specie immunitatis

3.
*Milites actûs
militantes.*

*Quomodo
Nobiles.*

4
*Legati Prin-
cipum.*

B 3

tis

Commissarii
& Aulici
Principis.
Varia Persona
alia quæ arre-
stari nequeunt

tis discessuri non satis faciant Creditoribus suis, addit Co-
lerus hanc rationem: *Si aliter diceremus, fraudum licenti-
am aperiri Legatis Impositoribus, ut sub isto pretextu merces
deferant domum sine pretio.* Extendunt hæc Privilegia non-
nulli Doctores etiam ad *Commissarios Principum, it. Consilia-
rios & Advocatos, Aulicos Ministros splendidiore*, item ad
Personas necessarium iter suscipientes, & alias, quæ Privi-
legio Imperatoris gaudent, vel Jure revocandi domum,
it. *Qui pactis, conventis muniti sunt contra arreſta, qui li-
teras moratorias consecuti sunt à Principe vel Quinquen-
nales.* Sic porrò liberant Doctores Parentes, ne à liberis
arrestentur, Dominos feudi, ne à Vasallis, advenas & pe-
grinos, quibus semel fides habita ante terminum solutio-
nis, Debitorem Debitoris, subditos pro Debitis Principum,
Cives pro debitis Civitatis, & quæ aliæ sunt personæ, sin-
gulari Jure munitæ, præsertim contra Arresta Personalialia,
de quibus prolixè tractat *Me vius de arrestis cap. 8.*

Not. 5.
ARRESTUM
REALE.

Not. 5. Altera species Arresti est *ARRESTUM REA-
LE*, quod nihil aliud est, quam *mandatum & præceptum,
Judicis, quo vel ex officio & ob bonum publicum vel ad in-
stantiam Partis præviâ causæ cognitione prohibet alicujus
Bona vel mobilia vel immobilia è loco, ubi sita sunt & depre-
bentur, dimoveri, vel alienari.* Hoc arrestum Reale
vel Bonorum & Rerum, vel conjunctum est cum Arresto
Personali, vel solummodo in nudis terminis Rerum non
amovendarum subsistit, antequam vel Judici vel Parti Ar-
restanti, vel ob debitum civile vel crimen commissum,
vel ob aliam justam quampiam causam satisfactum sit. Et
de hoc Arresto Reali vel Bonorum præsertim Debitoris tra-
ctat

DE ARRESTO SAXONICO.

Etat etiam præsens nostra Constitutio XXIX. Seqvens XXX. Constitutio verò agit de Personali Arresto tempore nundinarum prohibitò. Et quod quidem Constitut. XXIX. concernit, illa, uti dictum, intelligenda potissimum de Arresto Bonorum, & illo quidem, quod solenni modò à Judice vel Magistratu alicujus loci impetratur, rejicitur enim & improbatur à Sereniss. Legislatore AUGUSTO Arrestum privatum, vel sine Judicis auctoritate impetratum, & sine justis & debitis requisitis, ita quidem ut pro nullo & invalido declaretur, neque Jus aliquod Reale in Bonis Debitoris in concursu Creditorum operetur. Verba nempe finalia nostræ Constitutionis hæc sunt: Wir verbieten auch hiemit alle heimliche Kommer / und wollen / daß dieselben hinführo in Gerichten unserer Lande nicht verstattet werden / und da solches gleich geschehe / so sollen sie doch an sich selbst nichtig und unkräftig seyn. Antequam verò ad ipsas solennitates & requisita Arresti Saxonici, prout illa præsentis Constitutione delineantur, progredimur, in genere quædam præmittenda sunt de REBUS, quæ ARRESTARI, vel in quibus ARRESTUM decerni potest. Et pro regula Juris habendum est, quod omnes illæ res, quæ non sunt in commercio vel Patrimonio hominum, neque Arresti vinculo possint obligari, quæ res ab Imperatore Justiniano recensentur, t. t. Institutis de Divisione Rerum & qualitate, nec non t. t. ff. de acquirendo rerum Dominio. Uti sunt res divina, sacra, DEO q̄ dicata, & divino cultui consecrata, Ecclesiæ, Scholarum & piarum causarum, res communes, publicæ, quæ vel Jure naturali, vel gentium tales sunt, & omnium usibus prostant, & quæ aliæ sunt, quæ vulgò in Dominio vel Patrimonio Privatorum

*Arrestum citra
Voluntatem
Judicis impe-
tratum & pri-
vatum ipso ju-
re nullum est.*

*Quæ res Ar-
restari possint.*

*Res Quæ non
sunt in Com-
mercio homi-
num arrestari
nequeunt.*



Bona Debitoris omnia quæ in Dominio sunt arrestari possunt.

Jure Saxonico Arresto in causis civilibus Jus Reale acquiritur.

rum non habentur. Præter has tamen reliquæ omnes, quæ in dominio & Patrimonio Debitoris esse possunt, Arresto etiam Reali obnoxia sunt, nec interest, num sint *mobiles vel immobiles*, num *corporales vel incorporales*, num *mobiles vel se moventes*, num *jura* sint vel *actiones*. Vocabulum enim Bonorum vel Rerum generale admodum est, adeò, ut si quis arrestum impetravit in Bonis Debitoris, omnibus, nihil videatur excludi debere, quod ad Dominium vel Patrimonio Debitoris ullò modo spectat, uti quidem ex solenni formulâ, quæ in Sententia Judicis adhibetur, patet, quæ in Judiciis Saxonis hæc esse solet: *Daß der Arrest in seinen Formalien beständig / krafft dessen Kläger mit seiner habenden Forderung an capital und interesse von Beflagtens sämtlichen Vermögen / liegend und fahrend / Lehn- und Erbe / ausstehende Schulden / nominibus & actionibus vor allen andern Gläubigern / die kein älter und besser Recht daran haben / zu befriedigen. Es bleibet auch der angelegte Arrest, biß solches geschehen / nicht unbilllich bey Kräfften.* Videtur nempe in Jure Saxonico & præfenti Constitutione Arresto Reali pingvior effectus esse tributus, quàm Jure Communi. Jure enim communi nullus alius finis, nullus alius effectus esse videtur Arresti Realis vel Bonorum Debitoris, quàm ille, ne Bona Debitoris distrahantur, alienentur, & aliò transferantur, anteqvam illi, qui arrestum impetravit, satisfactum fuerit, Jure autem Saxonico præter hunc effectum, de quò modò dictum, Arrestum legitime impetratum in Bonis Debitoris illud quoque operatur, ut Creditor Jus Reale acquirat in Bonis Debitoris, cujus vigore

in

in concursu creditorum in TERTIA CLASSE omnibus aliis Creditoribus præfertur, qui antiquiorem hypothecam non habent, quâ de re plura diximus in Dissertatione VII. ad Constit. præced. XXIIX. Et quâ de re etiam plura dicemus in fine nostræ Disputationis.

Not. 6. Ut itaque revertamur ad Propositum nostrum, seu illas res, quæ Arresto affici possunt, diximus regulariter omnes res DEBITORIS arresto subjici posse, modò Lege, statuto vel consuetudine, vel etiam ipsâ partium conventionem non excipiantur. Et quia diximus non nisi Res DEBITORIS posse arrestari, facilè exinde colligitur, Arresti vinculo non esse obstrictas RES ALIENAS, quamvis vel vivo Debitore, vel post illius mortem inter Bona Debitoris reperiantur. De his enim rebus, quæ Debitoris propriæ non sunt, sed Jure Domini ad alios pertinent, uti sunt res depositæ, vel Debitoris custodiæ concredita, vel quæ aliò quòpiam titulò ad alium ratione Domini spectant, jam tum diximus in Dissertatione præcedenti, quod illæ restituendæ sint suis Dominis, ita quidem, ut quamvis Arrestum à Creditoribus impetratum sit in omnibus Bonis Debitoris, hòc tamen non attentò, Bona aliena, modò adhuc extent, in PRIMA CLASSE, præ omnibus aliis Creditoribus dominis suis sint restituenda, & jam tum à nobis ex *Ord. Proc. tit. 42.* demonstratum fuit contrà omnem æquitatem esse, ut Creditores non ex Bonis Debitoris, sed alienis solutionem accipiant, ipsa verba Legislatoris hæc sunt: *Weil es wieder alle Billigkeit / daß sich die Gläubiger / nicht von ihres Schuldners / sondern fremden Gut / bezahlt machen solten!* Et hæc sententia Juri Civili Romano conformis est, quò disponitur, quod res aliena,

Not. 6.

1.
Arresto obnoxia non sunt res Aliena, sed Debitoris propria.

C

Res aliena jure Civili pigno-

*ri dari nequit
Ergo nec ar-
restari.*

*Ad jure Pigno-
ris & Hypo-
thecæ jure Sa-
xonico valet
argumentum
ad Arrestum.*

*Si res pro par-
te ad Debitorē
pertineat, pro
parte ad aliū.
Quomodo ad ar-
restum locum
habeat?*

pignori vel hypothecæ dari non possit, ita, ut Creditor in illa plus Juris consequi non possit, quam ipse Debitor habuit. *t. t. C. Si aliena res pignori data sit.* Inter alias hæc de re Lex est elegans Secunda dicto titulo *C. Si probaveris Præfidi prædia vel hortos, de quibus agebatur, tuos esse: intelligo obligari eos Creditori ab alio non potuisse, si non sciens hoc agi, in fraudem Creditoris ignorantis dissimulasti.* Quæ sententia tamen limitatur in *L. 5. C. eodem.* his verbis: *Cum res, quæ necdum in Bonis Debitoris est, pignori data ab eo, postea in Bonis ejus esse incipiat: ordinariam quidem actionem super pignore non competere, manifestum est: sed tamen æquitatem facere, ut facile utilis persecutio exemplo pignoratiæ detur.* Hæ nempe Leges Juris Civilis Romani, quæ loquuntur de hypothecis & pignoribus, intelligendæ quoque sunt de Arrestis Saxonis, antea enim diximus, quod Arresto Saxonico impetrato in Bonis Debitoris Creditor consequatur Jus Reale, quod simillimum est hypothecæ vel pignori, ita ut arrestum antè vel prius tempore impetratum præferatur hypothecæ tacitæ vel expressæ posteriori, & quidem in eadem CLASSE TERTIA, uti diximus in Dissert. VII. Firmiter ergo concluditur ab Arresto ad hypothecam, & vice versa, ab hypotheca ad arrestum, cum paria Jura tribuantur in Bonis Debitoris. *Peckius de Jure sistendi cap. 5. n. 19. & cap. 16. n. 5.* Cæterum, dubitari poterat, quid dicendum, si res pro Parte ad Debitorē pertineat, pro parte ad aliū spectent, num arrestum valeat, nec ne? Et pro Parte valere, rationi Civili videtur esse consentaneum, ita quidem, ut Pars Debitoris propria separanda ab alienâ, & illa sola, quæ Debitoris est, arresti vinculo subjecta esse videatur, nec interest, num res

fit

DE ARRESTO SAXONICO.

fit divisibilis, an indivisibilis, & quamvis forte ejusmodi ar-
 resto damnum inferatur Socio, vel Partis indivisibilis Do-
 mino, tota tamen res detineri potest arresto impetrato,
 dum ille, in cujus Parte arrestum impetratum est, damnum
 illud consorti vel socio resarcire debet. *Mevius de Arresto.*
cap. 9. n. 14. Non inanis quoque est *Q*uestio, quid statu-
 endum sit Judici, si dubitetur, num res Debitoris sint, nec
 ne, numne arresto subjici debeant? Et si quidem res, quam-
 vis alienæ, inter bona Debitoris reperiantur, ad Debitorem
 spectare tamdiu præsumuntur, quamdiu alter, qui alterius
 vel suas esse allegat, id probaverit, quod etiam obtinet il-
 lō casu, quando maritus possidet bona uxoris, mariti au-
 tem universa bona arrestō afficiuntur, tunc, quando uxor
 allegat sua esse bona, in quibus arrestum fuit impetratum,
 illud ipsum probare debet, præsertim si interventione sua
 laboret impedire arrestum, quæ Calliditas & machinatio
 mulierum, nec non fraus ipsorum Debitorum, qui Bona
 arrestata mulieris esse asserunt, non infreqvens, sed ferè
 quotidiana est, cui aliter obveniri non potest, quam ut as-
 ferenti injungatur Probatio, dum præsumptio militat pro
 marito, quod illa Bona, quæ possidet, vel in domo illius
 deprehenduntur, ad maritum, tanquam caput familiæ
 spectent, quæ præsumptio, non nisi contrariâ Probatione
 elidi potest, quod nempè illa Bona ab uxore sint illata, &
 ita Dotalia sint. *L. Quintius. ff. de Donationib. inter Virum*
& inter Uxorem. L. nec est ignotum. C. eod. L. ob maritorum.
C. ne Uxor pro marito. Petr. Heigius. Part. 1. qv. 30. n. 14.
 Et uti Dos solâ mariti confessione non probatur, ita nec
 hoc casu sola scriptura mariti quicquam operatur. *Q*uod
 si etiam duo certent de proprietate alicujus rei vel Dominio, &

Q.
 Num res, De
 quibus dubita-
 tur, an Debito-
 ris sint, arre-
 stari possint?

*Si duo certent
 super priori-
 tate rei, in quâ
 Arrestum pe-
 non ricur?*



non appareat, quis potius Jus in illa re habeat, tunc Judex tutius facit, si absteineat à decreto arresti. Peckius & alii putant arresto tamdiu esse locum dandum, donec quæstio super Dominio fuerit finita, quod tamen Mevius limitat, si ille, qui Dominium præten dit, simul rem possideat. *Tract. de Arrest. c. 9. n. 24.*

Not. 7.
Num Res Im-
mobiles arre-
stari possint?

Not. 7. Interpretes Juris communis circa res, quæ arresto affici possunt, vel non, imprimis hanc quæstionem movere solent; Num res solum mobiles an verò etiam immo- biles vinculo arresti subjici possint? Et Mevius *Tract. de Ar- rest cap. 9. n. 25.* existimat, supervacaneum esse arrestum re- rum immobilium, cum locò moveri non queant, in quem finem institui & imponi arresta in Bonis Debitoris solent, & putat, Arresti vices supplere posse inhibitionem & Prohi- bitionem Judicis de Bonis immobilibus non alienandis, quoties justus metus adest, de alienandò ne Debitor & Posses- sor deteriore reddat Debitoris causam, addit, quod eun- dem effectum habeat mandatum de non alienandò, quam arrestum in Bonis mobilibus in alium locum non transfe- rendis. Ex Colero tamen varias allegat convenientias & differentias inter præceptum de non alienando & Arrestum, quæ ex ipso Colero *Tract. de Proc. Execut. Part. 3. cap. 11. n. 54. & seqq.* legi & peti possunt. Et hæc quidem neganda non sunt de Jure communi & civili, quod longe mitius re- medium sit præceptum de non alienando, quam arrestum, quanto lenius est impediri, quamprehendere, neque tol- lit ejusmodi præceptum Dominium aut possessionem, ne- que suspendit aut impedit functionem præceptionem aut cu- stodiam, sed illud saltem præstat, ut res non alienentur, vel ut alienatio facta non subsistat. Cæterum aliter sese res
habet

777

DE ARRESTO SAXONICO.

habet de *Jure Saxonico*, quò Arrestum in Bonis Debitoris non solum ideò impetratur, ne illa in alium transferantur, vel alienentur, sed ut arrestans, vel ille, qui arrestum impetrat à Judice, Jus Reale consequatur, cujus vigore in concursu Creditorum aliis Creditoribus, qui antiquius Jus Reale non habent vel anteriorem hypothecam, est præferendus. Et ad hoc Jus Reale consequendum in rebus immobilibus Debitoris, non sufficit impetrasse mandatum de non solvendo, vel de non alienando, sed solenni opus est Arrestò, secundum requisita nostræ *Constitutionis*, & *Ord. Proc. tit. 51.* Et ita de *Jure Saxonico* nullatenus supervacaneum est, sed necessarium requisitum in Bonis immobilibus Debitoris ad consequendum Jus Reale, adhibere solennem Arresti impetrationem, quod si Creditor neglexerit, & nudum Præceptum impetraverit à Judice de non alienando, Alienatio quidem non subsistit, Jus tamen Reale sibi *Jure vindicare* non potest in Bonis Immobilibus Debitoris præ aliis Creditoribus hypothecam tacitam vel expressam, vel etiam per immissionem Judicalem Jus Reale in Bonis Debitoris habentibus.

Not. 8. Sed ut revertamur ad Descriptionem Arresti Realis vel Bonorum Debitoris, quæritur porrò, *Numne Arresto affici quoque possint res incorporales?* uti sunt *Nomina & actiones, Jura, ususfr. &c.* Illud quoque affirmari potest, tum *Jure communi*, tum etiam *Saxonico*. Quamvis enim propriè Jus Reale in bonis corporalibus consistere dicatur, quasi tamen possessio & usus in rebus quoque competit incorporalibus & Juribus, & uti in rebus immobilibus interdictio usus pro Arresto habetur, ita quoque sese res habet in bonis incorporalibus. Et quod quidem

Jure Saxon. In Bonis Immobilibus sine Arresto Jus REALE non acquiritur.

Not. 8. Num Arresto affici possint Res Incorporales?

Quomodo ar-
restari possit
Debitum de-
bitoris?

Q. quid dicen-
dum Quando
Debitor Arre-
sto renuncia-
vit?

Renunciatio
contra leges
& Statuta va-
lida non est.

NOMINA Debitoris attinet Activa, die ausstehenden
Schulden / de illis dubium non est, quin in illis etiam Ar-
restum decerni possit à Judice, ita, ut illa non solum non
possint Debitori solvi, vel in alium etiam transferri, sed &
Arrestanti & Creditori de Jure Saxonico in illis tribuatur
Jus Reale, cujus vigore omnibus aliis Creditoribus anti-
quius Jus Reale non habentibus præfertur, nec obstat, quod
Debitor Debitoris, quem Creditor ex contractu, vel quasi
obligatum habet, detineri & arrestari non possit, illud ta-
men, quod suo Debitori debet, rectè arresto afficitur, us-
que ad concurrentem quantitatem, solet nempe Creditor
petere à Judice, ut Debitori Debitoris sui denuntiari faciat,
ne solvat id, in quo obligatus est suo Creditori sine ulte-
riori permissu Jus dicentis. *Coler. de Proc. Exec. Part. 2. cap.*
3. n. 495. Movet *Mevius tract. de Arrest. c. 9. n. 47.* circa
arrestum Nominum hanc quæstionem, *Quid faciendum sit*
Judici? si Debitor Debitoris promiserit in Obligatione sua vel
Chirographo se solvere velle debitum, arresto non attento?
Et in illa opinione est contra *Heringium in tract. de Fidejuss.*
cap. 19. n. 68. Judicis manus inde clausas non esse, quo
minus solutionem inhibere possit, addit rationem, quod
Justitia cuique suum ita tribuat, ut non detrahatur quic-
quam justiori petitioni, Justior autem petitio est illius, qui
quærit Arrestum, neque ille, qui arresto renunciavit, po-
tuit impedire officium Judicis, quo minus potestate suâ u-
tatur, & videtur temerè promissum, quod Judex annulla-
re potest, unde si talis Debitor Jussu Judicis & Arresto im-
posito, quod promisit, non solvat, à pœnâ immunis est
ob absolutionem & dispensationem Judicis. Uti autem
Nomina & Actiones, ita quoque annuæ pensiones & aliæ
res

DE ARRESTO SAXONICO.

res incorporales, ususfructus &c. Arresto affici possunt, quoad effectum Juris enim res incorporales certò modò comparantur rebus immobilibus. Quæ omnia in Jure Saxonico satis patent ex communi formula pronuntiandi, daß der angelegte Arrest beständig / derowegen Krafft dessen Kläger an Beklagten's sämtlichen Vermögen / an beweglichen und unbeweglichen Gütern / ausstehenden Schulden nominibus & actionibus ein dinglich Recht erlanget / und daher auch wegen der libellirten Forderung an Capital und interesse moræ samt denen verursachten Unkosten / vor allen andern Gläubigern / so kein älter und besser Recht daran haben / zu befriedigen. Ex quibus manifestum est, Arresto impetrato in Bonis Debitoris nihil quicquam excipi, quod in Jure rerum & bonorum nomine venit, & non solum *presentia*, sed & *futura*, nisi aliquis speciatim in nonnullis saltem Bonis petierit arrestum, tunc ad alia extendendum non est, multò minus ad futura. *Coler. de Proc. Exec. cap. 11. n. 68.* Sunt tamen in Jure Civili prodiiti nonnulli casus, in quibus res quædam pignori capi, vel in illis etiam Executio exerceri non potest. Doctores huc referunt *instrumenta rustica*, sine quibus agricultura necessaria exerceri non potest, uti sunt *equi, ligna aratra &c. L. 7. & 8. C.* Quæ res pignori obligari non possunt. Alii huc etiam referunt *instrumenta mechanica*, & operariorum. Item, vestes, lectos, quibus homines quotidie utuntur ad victum & amictum, in quibus facilè arrestum concedi nequit, cum argumentum à pignoratione & Executione locum etiam habeat in arresto, quod illud sit species executionis, quamvis *Meuius d. l. dissentiat*, & neget id usu servari, insimulque affirmet

Annua pensio nes.

Impetrato Generali Arresto in bonis Debitoris, tam res corporales, quàm incorporales sub Arresto comprehenduntur.

Num res, quæ pignori obligari non possunt vel in quibus executio fieri non potest arrestari possint?

N.

Aff. cum Meuius.

ma



*Executionis
Realis & Ar-
restis differen-
tia.*

*Alimenta ar-
restari non
possunt.*

Not. 9.

*Quale DEBI-
TUM esse de-
beat, ob quod
Arrestum bo-
norum locum
habeat?*

*Debitum si
nullum sit vel
Minimum Ar-
resto locus non
sit.*

magnam esse differentiam inter *Executionem & Arrestum*. *Executio* adimit rem, quia non solvitur, *Arrestum* verò si-
stet, ut respondeatur aut solvatur, vel de Jure Saxonico tri-
buit saltem jus reale & prioritatem, & ita existimat Mevius,
quod illæ res, in quibus executio fieri non permittitur, de
quibus antea dictum fuit, nihilominus arresto affici pos-
sint, addit tamen limitationem, si Debitor alia bona habe-
at, quæ ad debiti solutionem sufficiunt, tunc ejusmodi bo-
na, quorum usus quotidianus est, Arresto subijci non de-
bent, quod imprimis verum est de ALIMENTIS, quæ De-
bitori sunt destinata, si ille alia non habeat, unde se suos-
que alit, in hisce arresta permittenda non esse statuunt
communiter Doctores Juris Communis & Saxonici, *Coter.*
de Aliment. lib. 1. cap. 13. n. 20. Et ita in Scabinatu Lipsiensi,
pronuntiatum esse asserit *Mollerus ad hanc Constit. 29. n. 13.*
Carpz. part. 1. Const. 29. Def. 33.

Not. 9. Cum verò ARRESTI REALIS impositio
& impetratio ut plurimum fiat ob DEBITUM à Debitore
contractum, cujus gratiâ Creditor Arrestum petit, illius
qualitas bene ponderanda est à Judice, num tale sit, ut sta-
tim ob id perveniri possit ad ARRESTUM, quod habetur
pro remedio extraordinario & Executivo, à quò ut sæpius
dictum, processus inchoandus non est, & ante omnia Ju-
dici constare debet, numne Debitor citrà arrestum ad so-
lutionem adigi vel compelli possit, vel num illius mo-
menti & pretii illud sit, ut propterea vel Persona Debitoris,
vel in Reali arresto bona illius arresto affici debeant. De-
bitum nempe fundamentum omnium Arrestorum est in
causis civilibus, quod si *nullum adest*, neque impetrans ar-
restum, neque Judex à pœna immunis est, de quò suo lo-
cò di-

DE ARRESTO SAXONICO.

cōdicemur, videri potest *Peckius de Jure sistendi cap. 6. n. 4.* Species nempe injuriæ est, vel ob nullum Debitum, vel ob minimum arrestum in Bonis Debitoris petere, præsertim si Debitor solvendo sit, & Creditor citrà Arrestum ordinaria Juris viâ & actione auctoritate Judicis solutionem Debiti impetrare possit. Unde ad cordati Judicis officium spectat, ad iniquam & rigorosam Creditoris petitionem non confestim arrestum decernere, si vel de debito non constet, vel quamvis constet, Debitor tamen solvendo sit. Hinc factum, ut præsertim Legislatores Saxonici & Electores varii abusus Arrestorum in temerè imponendis Arrestis salutaribus remediis in Judiciis Saxonis abrogaverint, non paucis Constitutionibus Electoralibus, inter quas eminet præsens hæc nostra Constitutio XXIX. & XXX. cujus verba initialia hoc satis indicant: *Wir befinden / daß mit den kōmmern und arrestiren viel Mißbrauch / Unrichtigkeit und Ungleichheit in den Gerichten bißanhero vorgefallen / derowegen ordnen ic.* Et *Divus* quidem AUGUSTUS ELECTOR, Author hujus nostræ Constitutionis postmodum in *Ordinatione Torgaviensi* hanc de arrestis materiam potissimum ab omni abusu vindicavit, peculiari quâdam Constitutione von Arrest, wie derselbige zugestatten. In quâ duo conjunctim requirit, in imponendo arresto benè observanda à Judice, anteqvam ad instantiam Creditoris ob civile aliquod debitum decernere possit in Bonis Debitoris (1.) Ut Creditor debitum, cujus gratiâ arrestum petit, vel Instrumentis vel aliò quopiam modò probabiliter demonstret Judici. (2.) Ut Debitorem ære alienò obrutum esse doceat, vel aliò modò solvendo non esse, sed illum Facultatibus labi, ipsa verba textus hæc sunt:

D

Die

Si solvendo sit Debitor.

Abusus Arrestorum Constitutionib. Sax. abrogat.

Ordinat. Torga: Tit. von Arresten Duo requisita Arresti.

1.

Debitum ab Arrestante viro similiter probetur.

2.

Debitor ære alieno sit obrutus.

DEBITUM
ex quolibet
contractu, Ar-
resto locum
dat.
modo verum
sit.

Probatum va-
riis modis.

Diemeil die Arrest in unsern Landen iſo ſehr gemein und offtermalls mißbraucht / auch wohlhabende Leute dadurch in Verdacht und Unglauben geſetzt werden / So ordnen wir hiemit / daß hinführo kein Arrest anzunehmen / es habe denn der / ſo ihnen ſuchet / ſeine Schuld = Forderung durch Urfunden / oder andern gläublichen Schein / und denn auch darneben / daß ſein Schuldener mit vielen Schulden behaft / und in Abfall ſeines Vermögens gerathen / beglaubiget. Hæc duo requisita ſi deficient, in cauſis civilibus arreſtum Reale in bonis Debitoris citra injuriam decerni haud poteſt, multò minùs personale, quod majoris adhuc videtur præjudicii & momenti, quam Reale, & ad quod cautè admodum & non niſi ex Juſtiſſimâ cauſâ Judex devenire poteſt. Et ut ad DEBITUM revertamur Civile, ob quod in Bonis Debitoris Arreſtum petitur, non intereſt, ex quò contractu vel obligatione illud originem trahat, modò illud verum ſit. Et ſi quidem Creditor documento vel instrumento literario Debitum ſuum probare velit, imprimis requiritur, ut tale ſit, in quo Creditor vel ejus hæredes nominati ſunt, item, ut Debitor non extraneus nominatus ſit in instrumento. Inſtrumenta enim inter alios confecta non obligant regulariter, unde Debitor tutus eſt ab Arreſto, ſi Creditor poſſit removeri exceptione, non ſum nominatus in Inſtrumento, quâ de re non ſolum à Parte Creditoris, ſed & Debitoris pluribus videri poteſt *Mevius Tract. de Arreſt. cap. 20.* Ubi varia recenſet requisita veri Debiti, & quibus modis Debitum probetur, vel ſcriptura publica, vel privata, vel Teſtibus, vel Libris mercatorum, vel originalibus, vel authenticis, vel exemplis documentorum, pro debito

DE ARRESTO SAXONICO.

debito nempe habendum non est, ratione temporis, quando dies non venit, quo debetur, item, ratione loci, Arrestum enim locum non habet, si debitum peti non possit, item, si petatur in loco, ubi solvere Debitor non tenetur. Circa hoc requisitum primum autem, quod in eò consistit, ut Arrestum non decerni debeat, nisi Judici de debito liquido constet, rectè monet Mollerus ad hanc Constitutionem, quod illud à Judice quidem strictè observandum sit, ut arrestum pro valido non declaretur, cum tamen sæpe contingat, ut Creditor justis ex causis impeditus in continenti instrumentis vel Testibus probare non possit, tunc ne Creditor suo Jure cadat, & periculum sit, ne ab aliis Creditoribus præveniatur, tutius & mitius existimat Judicem facere, ut quamvis arrestum petens probationes Crediti sui in promptu non habet, si tamè promittat, se chirographum Debitoris quàm primum oblaturum in originali vel copia vidimata, interim dies & hora petiti Arresti ad acta publica referatur, ne scilicet intereà aliis Creditorum subsequens in Jure prioritatis illi præferatur, putatque Mollerus illud justissimè fieri, cum idem judicium sit Debiti liquidi, & de proximò liquidandi, uti eaiam Dissidentes refutat ideò, quod ejusmodi Arrestum secretum non sit vel privatum, quod legitime à Judice petitur. Idem Mollerus ad hanc Constitutionem, n. 11. existimat, admitti posse Creditorem ad juramentum suppletorium, si aliis probationibus destitua- tur, quæ sententia mihi non videtur observantiæ Fori conformis. Illud extrà controversiam esse videtur, quod Arrestum Saxonicum, quo solum Jus prioritatis quæritur, in dubio à Judice rejiciendum non sit, quamvis aliquò saltem modò debitum probatum, Et de Debitore aliqua ex parte

*Non nimium
rigorosus sit
Judex in exa-
minandâ pro-
batione Debiti
ne Creditor
jure privetur.*

*Num Credi-
tor admittatur
ad jurame-
ntum in
probatione
Debiti.*



*Num Debitū
Minimum sit
nec ne Judex
arbitrabitur.*

*Not. 10.
Solemnitates
ARRESTI de
Jure Saxoni-
co.*

*Connexio
Const. XXIX.
cum Con-
XXVIII.*

constet, quod solvendo non sit, vel Bonis labatur, nisi forte minimū sit Debitum, quod Prætor curare non debet, cum aliquo modo Arresto Fama Debitoris maculetur, quare verò habendum sit Debitum pro *levi vel minimo*, ob quod arrestum recusare possit, Judicis arbitrio committitur. *Mevius de Arrest. cap. 10. n. 31. Peckius de Jure sistendi cap. 5. n. 20. Carpzov. part. 1. Const. 30. def. 9.*

Not. 10. Progredimur nunc ad ipsas *Solemnitates & Requisite ARRESTI SAXONICI*, præsertim in rebus vel Bonis Debitoris, quo Creditori acquiritur *Jus Reale*, cujus vigore in *Tertiâ classe* in *CONCURSU* cum aliis Creditoribus aliis Creditoribus præfertur, qui vel antiquiorem expressam, vel tacitam hypothecam, vel Jus Reale forte per immisionem Judiciale acquisitum non habent. Et hæc Requisite Solemnia delineantur à Sereniss. Legislatore *Augusto* præsentis *CONSTITUTIONE XXIX.* Cum quâ *Conjungi omnino postea debet Ordinatio Processus Saxonici Tit. LI.* Et videtur quidem hæc *CONST. XXIX.* optimo ordine conjuncta cum *CONST. præcedenti XXVIII.* quâ actum fuit de *PRIORITATE CREDITORUM* in Bonis Debitoris, ubi Serenissimus Legislator in *TERTIA Classe* collocandos esse docuit illos Creditores qui *Jus REALE* haberent in Bonis Debitoris vel per *Tacitam vel Expressam hypothecam, vel immisionem Judiciale, vel ARRESTUM*, & quidem ratione temporis, ut priores Tempore posterioribus sint præferendi. *Quia itaque in præcedenti CONSTITUT. vel capite* (Verba sunt Mölleri ad hanc Constit.) *de jure Prioritatis, quod inter reliquos Creditores, etiam ARRESTANTIBUS competit, dictum est, Commodè hic subjungitur Questio. Qualiter Arrestum ritè fieri oporteat? Id est quænam so-*
len-

DE ARRESTO SAXONICO.

lennia sint requisita Jure Saxonico adhibenda, ut beneficio Arresti impetrati Creditor in Bonis debitoris JUS REALE acquirat. Jam tum antea enim a nobis dictum, quomodo ARRESTUM Saxonicum longe fortius sit Arresto Juris Communis & longe efficacius, dum hoc solummodo tribuit illum effectum, ne bona Debitoris alium in locum transferantur vel alienentur & in aliam Personam transferantur. Illo autem Saxonico acquiritur JUS REALE.

Noi. II. Primum *Requisitum* ARRESTI SAXONICI Sollemnis est, ut in Judiciis peratur & a JUDICE Competente, vel ejus Loci ad minimum, ubi debitoris bona sita sunt vel rtpertuntur. Et quidem pravia causae cognitione, de qua jam antea dictum fuit, quomodo Judex caute admodum procedere debeat in Arresto non solum Personali sed & Reali: Interdum enim & ante hanc editam Constitutionem aliasque conditas Leges Saxonicas in *Ordinat. Process. Tit. 51. &c.* in utroque Arresto tam Personali, quam Reali ingentes abusus commissos fuisse & Errores, indicant verba Legislatoris Augusti initialia Wir befinden das mit den kominern und Arrestiren viel Mißbrauch / Unrichtigkeit und ungleichheit in den Gerichten bis anhero sürgesalln / derowegen ordnen setzen und wollen wir. Ejusmodi abusuam etiam mentionem facit idem Ser. Augustus in *Ordinat. Torgav. Tit. von Arrest / und wie derselbige zu verstaten / His verbis: Diweil die Arrest in unsern Landen izo sehr gemein und offermahls mißbräuchlich auch Wohlhabende Leute dadurch in Verdacht und Unglauben gesetzt werden / so ordnen &c.* Ipsamet haec verba repetit Ser. Legislator Joh. Georg I. Elect. in *Ord. Proc. Tit. 51: Diweil aber gleichwohl darneben allerley mißbräuch*

Not. II.
1.
Requisitum Arresti Saxonici impetretur a JUDICE

Abusibus Arrestorum Vario

D 3 brän



Abusus Arrestorum Legibus Saxonis abrogati.

Const. 29, certa Solennitates observanda in Arresto Reali. vel ad Imperandum jus Reale in bonis Debitoris.

Arresta Secreta & privata sublata & prohibita.

Mißbrauche einreißen / auch offtmahls wohlhabende Leute &c. So wollen wir das hiermit Bescheidenheit gebraucht und dem Anno 1583 (zu Torgaw) publicirten ausschreiben nach &c. Hisce abusibus Arrestorum & erroribus Judicum omnibus modis præcavere voluerunt prælaudati Legislatores Saxonici in modo allegatis Constitutionibus. Et ut præsertim in Arresto Bonorum vel Rerum abusus evitetur, præsens Constitutio facta est XXIX. quâ disponitur, ut si Creditor eum in finem Arrestum in Bonis Debitoris petere velit, ut fortè in Concursu, qui metuitur, Jus Reale consequatur, & prioritatis præ aliis Creditoribus, hoc ipsum certis solennitatibus includatur, nec temere Bona honesti civis Arresto ignominioso & damno afficiantur, quæ requisita solennia si vel à Creditore, vel Judice negligantur, Arrestum pro invalido & nullo habetur, ita quidem ut Creditori Jus Reale haud acquiratur. Eleganter Mollerus ad hanc Const. XXIX. n. 7. ita sentit de hoc Abusu ejusque remedio: *quia vero ante editam Constitutionem non raro ex levi aliquâ suspitione de debitoribus concepta, bona illorum secreto quidam à Creditoribus Arrestarunt, veriti, ne, si palam fieret, debitores multo ære alieno obligatos & de fugâ suspectos esse, alii eos in Arrestando prævenirent, idque non sine injuriâ Multorum bonorum Virorum sæpè fieri Optimus Princeps intelligeret, igitur secreta Arresta, utpotè contra quæ alias quoque non secus ac contra alia, quæ clam fiunt, præsumitur l. fin. ff. de Rit. Nupt. deinceps concedi prohibuit, & si contra fieret, nulla & irrita esse iussit. Hactenus Mollerus. Noluerunt nempe serenissimi Legislatores ut in illis rebus, quibus alicujus fama & existimatio lædi potest citra ipsius culpam, temere & præpostere nullâque exactâ*

DE ARRESTO SAXONICO.

exactâ causæ cognitione à Judice factâ, procederetur, sed Modum Legibus suis tam Creditoribus & Arrestantibus, quam Judici statuere & præscribere voluerunt, præcisè in Arresto impetrando & decernendo observandum. Quo ipso non solum clanculariis fraudibus & Machinationibus privatorum sed & Judicis temeritati & facilitati obviare & pessulum obdere voluerunt. Verba finalia nostræ *Constitut. XXIX.* hoc perspicuè tradunt : Wir vordieten auch hiemit alle heimliche Kommer / Und wollen / das dieselbigen hinführo in den Gericht Unsrer Lande nicht verstattet werden / und da solches gleich beschehe / so sollen sie doch an sich selbst nichtig und unkräftig seyn. Et hoc Primum est Requisite Arresti Judicialis & Solennis in bonis Debitoris, ut impetretur à Judice & quidem præviâ causæ cognitione cujus est ad duo respicere, (1) num Debitum ab Arrestante probabiliter doceatur & demonstratur (2) ut Debitor solvendo non sit, vel in ejus bonis Concursus metuatur, secundum requisita sæpius allegatæ. *Ordinat. Torgau. Tit. Von Arrest wie derselbige zugestatten.* Quæ repetitur & confirmatur in *Ord. Proc. Tit. 51. §.* Dieweil aber / wollen das kein Arrest verstattet werden soll / es sey dann / das der Gläubiger erstlichen seine Schuld = Forderung durch Urkunden / oder andern gläublichen Schein darbringe. Und dann zum andern darneben bescheinige / das sein Schuldner mit vielen Schulden beladen / und in Abfall seines Vermögens gerathen sey. Denn wenn einer also begütert wähere / daß er vermuthlich wol zu bezahlen hätte / sol er mit derglichen Arrest verschonet bleiben. Et hæc sunt, quæ in decernendo solenni Arresto in bonis Debitoris vel Reali

Officium Judicis in decernendo Arresto.

1.

Debitum probetur.

2.

Debitoris insipia.

ad



*Coram quo Ju-
dice Arrestum
impetrandum
in bonis Debi-
toris?*

*2.
Coram illo Ju-
dice sub quo
bona Debitoris
sita sunt.*

*Arrestum co-
ram omnium
Superiore im-
petratum o-
mnia bona af-
ficiit Debitoris.*

ad instantiam Creditoris præcisè observanda sunt à Ju-
dice, quam formam Legis si neglexerit, actione injuria-
rum vel alià ad interesse conveniri potest, ipsumque Ar-
restum nullius est ponderis & effectus, ut neque Jus Rea-
le operetur, neque alium quempiam effectum. Sed quæ-
ritur: à quo, Judice vel coram quo Judio ejusmodi Arre-
stum in bonis Debitoris impetrandum sit de jure Saxonico?
& hæc Quæstio decisa reperitur in *Ord. Proc. Tit. 51.* U-
bi dicitur & statuitur, quod ejusmodi Arrestum ad effe-
ctum impetrandi jus Reale, coram illo Judio, sub
quo ille, contra quem Arrestum petitur, bona habet,
impetrandum sit, ita quidem, ut illud se non extendat
ultra Jurisdictionem Judicis Arrestum decernentis, unde
si quis alibi etiam bona habeat, tunc coram illo Judio Ar-
restum impetrandum est, ubi sunt illa sita, Verba Textus hæc
sunt: *Es sol aber ein solcher Arrest ad Effectum impetran-
di jus Reale, bey denen Gerichten / darunter der / wie-
der welchen er begehret wird / gefessen / gesucht werden /
und sich weiter nicht erstrecken / als desselben Richters
Jurisdiction und Botmäßigkeit gehet / darumb wenn ei-
nen an andern Orten / dann darunter Er wesentlich ge-
fessen / auch Güter hätte / und man wolte dieselben mit
Arrest beschlagen / soll es von denen Gerichten gesche-
hen / darunter dieselbe gelegen.* Sed ad evitandas has
molestias hoc remedium in Electoratu Saxonico quæri so-
let à Creditoribus, ut illud petant coram Omnium superio-
re nempe in *Senatu Aulico*, quo impetrato Generaliter
omnia bona Debitoris in Electoratu Saxonico sub Arresto
comprehenduntur. Verba *Ord. Proc. tit. 51.* hæc de re per-
spicua satis sunt. Wann aber in unser Canzley auff des
Glau-

DE ARRESTO SAXONICO.

Gläubigers Ansuchen von unsern wegen Arrest in gemein auff alle des Schuldners Güter angenommen wird / soll sich derselbe nicht allein auff die / so ohne Mittel unter uns gelegen / sondern auch auff alle sein Vermögen / so in unsern Landen anzutreffen / es sey lehn oder erbe / wie auch auff bona futura / und was der Schuldner noch acquiriren und erlangen möchte / erstrecken. Duæ tamen à Serenissimo Legislatore in modo allegato textu *Ord. Proc. Tit. 51.* annectuntur limitationes circa Arrestum, quod petitur à Senatu Aulico vel Magistratu omnium superiore, (1) Ejusmodi Arrestum notificetur Judici Inferiori, sub quo bona Debitoris, in quibus Arrestum petitur, sita sunt, ne hoc vergat in præjudicium aliorum Creditorum. Verba Ordinationis ipsa hæc sunt. Und gleich wohl den Unter-Gerichten / darinnen der Arrestatus possessionirt, ein solches umb Nachrichtung Willen / und damit andere Creditores mit verpfändungen oder sonsten aus Unwissenheit nicht benachttheiliget / notificiret werden. (2) Non facile ejusmodi Arrestū à Judice superiori vel Senatu Aulico contra illos, qui immediatè non sunt Electori subjeti, neq; bona possident immediatè, decernendū, sed satius & tutius est remitti Arrestantes ad Judicem competentem & Ordinarium, cui de qualitate & conditione nec non facultatib9 Debitoris optimè constare poterit, nisi fortè justæ ad sint causæ, ut puta, si Debitoris bona in diversis locis sint sita, vel habeat nonnulla immediate Electori Principi subiecta, &c. quæ Consiliariis Aulicis deliberanda veniunt. Textus ipse ita loquitur: Man soll aber gleichwohl wieder die Jenigen / so ohn Mittel nicht unter uns gefessen / noch Güter liegen haben / solche Arresta nicht leichtlichen

E

ge-

*Dua cautela
adhibenda
à Judice Superiore in decernendo Arresto*

1.
*Notificetur
Judici Inferiori.*

2.
*Non nisi ex
justis causis
concedatur.*



*Feudalia Bona
quomodo Ar-
resto affici pos-
sint a Judice,
qui Dominus
Feudi non est.*

*Not. 12.
11.
Requisitum
Arresti Saxo-
nici est.
Arrestans ha-
beat Faculta-
tem Arrestum
petendi.*

gestatten / sondern den Arrestanten an des Schuldners
Ordentlich Gerichte / als da man von desselben Gele-
genheit die beste Nachricht hat / weisen / man hätte
den dessen erhebliche Ursachen / als wenn des Schuldners
Vermögen an viel unterschiedenen Orten unserer Lan-
de zerstreuet wäre / oder er hätte auch etliche Güter /
so ohne Mittel unter uns gehörten / und dergleichen /
welches wir zu unserer Rätthe Ermessigung stellen thun.
Quod autem antea dicebatur, sub generali Arresto omnium
bonorum etiam intelligenda esse Feudalia, ita intelligen-
dum est, si Judex & ipsemet Dominus Feudi sit, quod si enim
solus Judex sit, neque insimul Dominus Feudi, tunc Arre-
stum saltem se extendit ad fructus Feudi. *Ord. Proc. Tit. 51.*
ita hanc de re disponit: Sonderlich aber / Wann auf Lehn-
Güter Kummer gesucht wird / und es wäre der Richter /
unter den sie gehörten / nicht zugleich Lehn Herr / sol der
Arrest weiter nicht / den auff die Früchte und Abnutzung
verstattet werden. Et hæc dicta sufficiant de primo Requi-
sito Arresti Realis, ut nempe à Judice impetretur, sub cujus
Jurisdictione bona sita sunt.

Not. 12. ALTERUM REQUISITUM ARRESTI
Saxonici est: Ut Arrestum petens habeat facultatem peten-
di Arrestum; Id est ut fiat vel ab ipso Creditore, cujus est
docere debitum & Debitorem Facultatibus labi, vel ab alio,
Speciali Mandato ad hoc instructo Procuratore, vel Con-
junctâ Personâ, quæ cum cautione rati sine mandato admit-
titur. Non tamen repellitur ab Arresti petitione *Confidejus-
sor, Correat debendi* vel potius *concreditor, Socius in re com-
muni, cohæres &c.* *Ord. Proc. Tit. 51. §.* Wer eines andern
wegen Arrest suchen könne: Von eines andern wegen
Arrest

DE ARRESTO SAXONICO.

Arrest zu suchen / soll niemand zugelassen werden / es
 sey dann / daß er gnugsame Mandat bey Anlegung des
 Arrests vorzulegen habe. Oder daß es eine solche conjun-
 eta und verwandte Person sey / die / wie oben bey den
 Anwalden erzehlet / auch ohne Mandat mit der Caution
 de rato zuläßlichen / und dieselbe alsobald wirklich be-
 stellen / da aber ihre zwene / oder mehr zugleich für eine
 Summa bürgen / oder sonsten Correi debendi wehren /
 und es hätte einer unter ihnen Arrest erlanget / sol das-
 selbe auch den andern seinen Mit-Bürgen und Correis,
 wenn sie es hernacher genehm haben / mit zu statten
 kommen / und also auch gehalten werden / wenn unter
 den Gesellschaften einer allein gemeiner Handel Schuld
 halben / Arrest anlegte. De reliquis Personis, quæ Arre-
 stum petere possunt, pluribus tractat *Mevius cap. 7.*

Not. 13. TERTIUM REQUISITUM ARRESTI
 SAXONICI ab Arrestante præcisè observandum, vel ejus
 Mandatario, est TEMPUS PROSEQUENDI ARRESTUM,
 jure Saxonico & præsertim hæc Constitutione XXIX. spe-
 cialiter & singulariter definitum, in quo Jus Saxonicum
 differt à Jure Communi. Quamvis enim in eo non rece-
 dant Legislatores Saxonici à dispositione juris Communis,
 quod *Tempus impetrandi vel petendi Arrestum* nullibi defi-
 nitum sit, ita quidem, ut neque *diebus feriatis* & Sacris in-
 terdictum sit Arrestum petere, si periculum in morâ sit,
 & Persona debitoris arrestanda sit, ne fugiam arripiat, ita ut
 nec noctem excipiant Doctores, si delictum Commissum
 sit, vel alias occasio Debitorem conveniendi & facilitas e-
 lapsura sit, Quamvis etiam Jus Commune & Civile à jure
 Saxonico nullibi videatur correctum, Quod intra Novem

E 2 dies

Not. 13.
 III.
 REQUISITUM ARRESTI SAXONICI TEMPUS & FATALE PROSEQUENDI.
Tempo petendi Arrestum nec Jure Communi nec Saxonico certum definitum sed diebus quoque feriatis peti potest.



Post mortem
defuncti Ar-
restum in bo-
nis Debitoris
intra 9. dies
peti nequis.
Nov. 115.

Peti non potest
Arrestum
tempore Nun-
dinarum.

Tempus PRO-
SEQUENDI
ARRESTI de-
lineatur hac
Const. 29.

Requisia Pro-
sequendi Ar-
resti.

dies post mortem defuncti nemini licitum sit hæredes vel fidejussores ejus convenire aut occasione Debiti ullam inquietudinem vel molestiam inferre, uti quidem disponitur in Nov. 115. C. S. Quod cum Peckio de Jur Sist. cap. 10. n. 10. Mevius tract. de Arrest. cap. n. 2. rectè extendit ad Arrestum Germanicum, qui putat huic juri Romano nullà consuetudine abrogatum, cujus vestigia nullibi reperi. Nisi fortè dixeris in nonnullis locis consuetudine illud saltem receptum, quod Arresta peti vel decerni non soleant in Bonis Debitoris ante illius factam sepulturam. Illud certum est, nec Jure Saxonico expressè illam dispositionem Juris Civilis ullibi esse correctam. Quamvis excepto hoc casu in judiciis Saxonis Arrestum quoque Reale etiam diebus dominicis & feriatis peti, & si periculum in mora sit, decerni possit. Uti omnia arresta præcisè in Actis à Notario judicii sunt consignanda, quo nempe die vel horà illa petierit, Creditor vel Arrestans. Quomodo autem Arrestum tempore *Nundinarum solennium* peti vel decerni possit dicemus in specie circa explicationem Const. XXX, sequentis. Nos tamè misso TEMPORE PETENDI ARRESTUM, quod nullibi vel Jure Civili Communi vel etiam Saxonico certum definitum est, jam progredimur ad TEMPLUS ARRESTI PROSEQUENDI. Hoc ipsum potissimum delineatur & præscribitur præsentis nostræ Constit. XXIX. & in sequentibus consistit, quæ ab Arrestante præcisè sunt observanda, si per ejusmodi Arrestum *JUS REALE & Prioritatis* præ reliquis Creditoribus acquirere velit. (1) Qui Jure Arresti (nempe ad effectum impetrandi juris Realis) uti vult, statim à tempore impetrati Arresti *So bald der Arrest angenommen oder verstattet / illud ipsum*

DE ARRESTO SAXONICO.

Ter singulis quatuordecim diebus vel quaterdenis prosequatur, & insimul Tertiâ vice libellum Arresti Die Kummer Klage unâ cum specificatione & liquidatione Crediti sui Judici offerre debet, ut exinde pateat, quomodo illud probare velit. (2) Arrestans insimul citationem sibi contra Debitorem dari petat. Dulcius & clarius ex ipso textus fonte hæc petuntur nostræ *Constit. XXIX.* Ordnen/setzen und wollen wir / das ein ieder / so sich der Kummer-Gerechtigkeit brauchen will / schuldig seyn soll / alsbald / wenn ihm der erste Kummer verstattet / denselbigen von vierzehnen Tagen zu vierzehnen Tagen / gebührliche Folge zu thun / und zugleich mit den letzten (dritten) Kummer die Klage mit ausdrücklicher Angebung und Specification seiner Schulden dergestalt einzubringen / das man daraus eigentlich zu finden habe / wie Er dieselbige zu erweisen vermeynet / dabey er dann auch Citation und Ladung an den Schuldner suchen und bitten soll. Hæc Constitutio nostra per omnia confirmata & magis perspicue illustrata & declarata est in *Ord. proc. Tit. LI.* His verbis : Wie aber nun ein angelegter Arrest gebührlichen Prosequirt werden soll / davon ist in vielbemeldten unser Landes Constitution gnugsame Vernehmung geschehen / wollen derowegen / das demselben allen / nachgegangen / und demnach ein jeder Kummer / alsbald er verstattet / von 14. Tagen zu 14. Tagen / zuvor verneuert und also (das erste Suchen mit eingerechnet) dreymahl prosequiret, und neben dem dritten und letzten Kummer die Klage mit gnugsamer Ausführung vñ Bescheinung der Schuld foderung eingebracht / auch hiebey umb Citation und Ladung an den Schuldner an-

*Ter singulis
Quatuordecim
renovetur &
tertia vice li-
bellus Arresti
offeratur die
Kummer-
Klage.
2.
Citatio impe-
tetur Debitore
ris.*

E 3

ge



Forma præscripta prosecutionis Arresti si negligatur Arrestum nullum jus producit Reale nec effectum

Quæstio Num Anticipatio Quatuordecim dierum in prosecutione vitiet & annullat Arrestum. olim mota à Jctis Saxonis.

Pro affirmat.

gesucht werden soll. Quæ forma Processus in Arresto prosequendo & renovando cum perspicua satis sit, multis non indiget notis & illustrationibus. Adeo tamen accuratè & præcise illa observanda est, ut si quicquam ex illa negligatur, Arrestum pro inadmissibili habetur, neminiqve aliter conceditur, quam hac formâ adhibita. Constitutio nostra de eo sic statuit: Und wo diese Form von Arrestanten überschritten / so soll der gesuchte Kommer nichtig seyn / ungeachtet / ob gleich der Arrestant von vierzehnen Tagen zu vierzehnen Tagen mehr denn drey mal dieselben verneuret hätte. Et in *Ordinat. Proc. Tit. 51.* ita sentit Seren. Legislator. Wenn auch diese Form nicht strictè nachgegangen wird / soll der Arrest nicht zulässig seyn / auch dergestalt niemands verstattet werden / mit einer oder der andern Renovation oder Einbringung der Kommer Klage zu anticipiren. Posterioribus his verbis videtur Quæstio Veterum Jctorum Saxoniorum & Interpretum nostræ constitut. 29 esse decisa, quæ olim mota fuit inter nonnullos Doctores Lipsienses, cujus Quæstionis mentionem facit Mollerus ad *Constit. 29. n. 2. his verbis: Porro, quia interdum evenit, ut Creditor intervallum illud 14. dierum, cujus mentionem facit Constitutio, in prosecutione arresti anteveriat, puta vel undecimo, vel duodecimo vel 13. die arrestum renovet, an tum illud sit nullum? non improbabiler quæri potest. Et videtur ita omnino dicendum, cum constet ea, quæ vel à Lege vel Statuto pro formâ ad actum aliquem requiruntur, specificè impleri debere, etiam in iis, quæ sunt notoria & evidentiâ, & in quibus illud implere videtur superfluum, adeò quidem, ut iis renunciari etiam partium consensu non possit! Formam autem non observat, qui Tempus lege præ-*

DE ARRESTO SAXONICO.

præscriptum non observat. Hactenus Mollerus. Qui tamen eodem loco n. 5. in contrariam abiit sententiam his verbis: Verum his non obstantibus, contrarium in iudicando observatum vidi, quod non existimaretur contra formam Constitutionis peccasse, qui Terminum prosecutioni constitutum prævenisset, forte quod & libellum & instrumenta obligationum Debitoris & alia ad prosecutionem arresti necessaria & ad quæ conquirenda dilationes illæ 14. dierum concessæ videbantur, in promptu nõ haberet, & propterea dilatione illa sibi opus non esse putaret, Potissimum & illud movit, quod non præcise diem 14. prosecutioni statuit constitutio, sed dicit prosecutionem fieri debere von 14 Tagen zu 14. Tagen. Quod temporis intervallum ex veteri more iudiciorum assumptum videtur, quæ olim 14. quoque die haberi solebant, cum hodie arrestantes, vel arresta petentes singulis ferè diebus copiam iudicis habere possint. Et hæc sententia Molleris est circa sensum nostræ constitutionis, quod nempe valeat arrestum quamvis tempus 14 dierum anticipetur. Quæ opinio tamè quamvis æquitati videatur esse consentanea, à Serenissimo Legislatore Johann Georg I. Anno 1677 in Ord. Proces. videtur rejecta ob verba ex Tit. 51. antea allegata hæc: **Wann auch dieser Form nicht stricte nachgegangen wird/ sol der Arrest nicht zulässig seyn/ auch NB. dergestalt niemahls verstattet werden/ mit einer oder der andern renovation oder Einbringung der Kummer-Klage zu anticipiren.** His verbis anticipatio renovationis Arresti expressè prohibita est. Tutius nempe est formam legis præscriptam observare, nec quicquam addere, nec detrahere temporis. De eo non dubitatur, quod si Terminum 14 dierum renovatione Arresti præscriptum Arrestans elabi patiatur, & ita Arrestum

Pro negativâ.

DECISIO
 QUÆSTIO
 NIS quod anticipatio Termini Arresti 14. dierum annullat Arrestum.

Terminum
 fatalium 14.
 dierum



negligentis jus Arresti amittit.

Quare anticipatio Termini fatalis in Arresto prohibita?

Tempus Prosecutionis Arresti currit de momento in momentum.

Num posterior Arrestans preferatur priori si in priori Termino libellum offerat?

N.

stum debite haud prosequatur tum ob non servatam formam legis, arrestum pro nullo & deserto sit habendum, ita ut nullum jus Prioritatis inde acquiratur nec Reale in bonis debitoris. Quod ob ante allegatum textum *Ord. Process.* etiam hodie dicendum, si quis Terminum renovationis Arresti anticipaverit. Tempus enim Legi definitum nec immutare, nec antecipare licet. Addit *Carpzovius part. 1. Const. 29. def. 9. elegantem* hanc rationem, quod illæ Tres quaterdenæ in favorem Debitoris sint indultæ, ne ejus bona tam subito Arresto obstringantur, unde iniquum esset, ei hoc beneficium per Creditorem præripi posse anticipando, Terminum legalem, non in favorem Creditoris sed Debitoris statutum. Confirmat ibidem hanc sententiam præjudicio quodam, & *ibid. def. 10.* rectè monet, Renovationem ejusmodi Arresti vel Tempus quaterdenarum currere de Momento in momentum, ita ut ipsa hora computari debeat, uti diximus circa *Const. 28.* in verbis *Von der Stund an da der Kommer geschehen.* Uti fieri videmus in decendio Leutationi vel Appellationi præfixo. Unde Arrestum unica hora post 14. dies renovatum nullum est. Dies tamen Termini computatur in Terminum. Sed quæritur porrò circà hoc fatale prosequendi Arresti, quid dicendum, si Aliquis Creditor prior Arrestum impetret, Alter autem & posterior illo statim in primo Termino libellum insimul offerat, numne priori proferatur qui saltem in Tertio Termino libellum Arrestatorium offert? & illud negatur ob anticipationem prohibitam, quæ Arrestum reddit invalidum Verba §. *penult.* nostræ *Constit. 29.* hæc de re ita disponunt. *Begebe es sich auch / daß einer einen Kommer erlanget / und einander folgte dem nach*

DE ARRESTO SAXONICO.

nach und brächte mit dem ersten Kommer seine Klage ein/ so sol doch der letzte/ hierdurch vor dem ersten/ woferne derselbige auf den dritten Kommer=Tag seine Klage übergiebt/ und citation ausbringet / hierdurch keinen Vortheil erlanget haben. *Addit Carpz. ad hanc Const. def. 12.* hanc rationem, quia tres quaterdenæ in favorem debitoris indultæ censentur, ne is tempore nimis coangustetur, & periculo tam subito exponatur. Num vero hoc ipso, quando Creditor in primo Termino statim libellum arresti annectit, Arrestum nullum sit, quamvis postmodum denuo renovetur & in Tertio Arresti fatali repetatur libellus? Magis dubium est, & Carpzovius illud etiam affirmare videtur, quod forma essentialis ad ungvem observari debeat, quâ neglectâ, totum vitietur Arrestum. Sed malle inclinare in mitiorem partem, cum Constitutio nostra hoc saltem asserat, jus prioritatis non tribui posteriori præ illo, qui tempore prior Arrestum petiit, quamvis ille statim libellum obtulerit. Non autem illud prorsus pro nullo pronunciat, unde non licet nobis duriores esse ipsâ lege, dum prima adjectio libelli habetur pro non adjecta, quæ totum actum non vitiat, sed reservatur libellus ad terminum tertium. Et aliam esse puto anticipationem Termini & temporis, aliam Libelli, qua damnum vel præjudicium non infertur Debitori. Illud dubium mihi adhuc occurrit, quid denotent illa verba nostræ Constitutionis: Und sol alsdenn mit fernern Kommer zuverfahren nicht schuldig seyn. Aliquo modo scrupulū exemisse videtur *Mollerus ad hanc Constit. No. 1.* His verbis: *Quod autem subjicitur, his peractis Creditorem ad ulteriorem prosecutionem Arresti non obligari, id propterea additum est, quod an-*

Num Arrestum nullum sit si Arrestans statim Libellum offerat in Primo Terminò. Af. Carpzov.

Pro Neg.



te editam Constitutionem falso quidam persuasi fuerunt, non sufficere, etiamsi ter Arrestum renovaret seu repeteret Creditor, sed necesse esse, ut tam diu id prosequeretur, donec de prioritate inter Creditores cognosceretur. Unde scio (pergit Mollerus) quendam in hac Urbe, quod vereretur, ne Arrestum semel impetratum expiraret, prosecutionem ejus per aliquot annos continuasse, idque cum Judicis commodo, utpote cui 14to quoque die 5. grossos pro renovatione arresti solvere debuit, suo autem ipsius commodo omnino nullo. Haecenus Mollerus. Existimo hæc verba Und soll alsdenn der Arrestant mit fernern Kommen zu verfahren nicht schuldig seyn / Illud saltem innuere, his fatalibus observatis ulterius Arrestantem ad aliud non astringi, quam ut sententiam Judicis super Arresto, tam in formalibus, quam materialibus expectet, cujus sententia: vigore demum Arrestum approbatur & corroboratur, ita tamen, ut Jus Reale Arrestans non demum consequatur à tempore illo, quæ sententia super Arresto lata in rem Judicatam transiit, sed à tempore registrati & petiti Arresti.

A quo tempore validum sit Arrestum?

Not. 14.
IV.

Requisitum Arresti Saxonici est, ut denunciatur Debitori.

A tempore denunciationis demum valet Arrestum.

Not. 14. QUARTUM REQUISITUM ARRESTI SAXONICI, quo Creditor Jus Reale & Prioritatem in Bonis Debitoris sui acquirere intendit, est illud, ut si Judex illud concedat, hoc ipsum Debitori, contra quem impetratur, & petitur, confestim & quidem per Nuntium Judicii Juratum denunciatur & insinuetur, quæ facta denunciatione omnia Debitoris bona arresto obligata manent, quamvis Debitor illa postmodum alienaverit & alii tradiderit. Ita disp. fuit Seren. Legislat. in Ordinat. Proc. Tit. 51. §. 7. Von An ündigung des erlangten Arrests. Wenn auch ein Kommer verstattet wird / sol er dem / wider welchen er

ge

DE ARRESTO SAXONICO.

gesucht worden/alsobald durch einen geschwornen Boten angekündiget und insinuiret werden / was er / so daß nach beschehener Ankündigung / oder in andere wege erlangten Wissenschaft / aus seinen Gütern entwendet / oder verpfändet / an dasselbe sol sich der Gläubiger / dem der Arrest verstattet / Krafft seines hiedurch erlangten Rechtens / der Bezahlung halber nichts minders zu halten / guten Fug haben / auch den andern in der Ordnung vorgezogen werden. Ex hoc Textu Carpovius recte colligit Arrestum, quoad jus Reale & Prioritatis demum validum esse à tempore scientiæ vel denunciationis factæ. Ita quidem ut Creditori jus Prioritatis haud competat, sed in Concursum illi præferantur qui ante factam denunciationem in bonis debitoris posterius licet Arrestum vel hypothecam impetrarunt. Allegat rectè hanc in rem Textum ex *Ordin. Proc. Tit. 48. in pr. vers.* Es wäre dann / Ipsa verba merito ascribenda sunt. Und gehet solch der Arrestanten Recht von dem Tage und Stunde an / da sie erstlich den Kummer schriftlich angeleget / und derselbe (welches unverzüglich und specificè zu beschehen) gerichtlich registriret worden / es währe denn / das zuvorn und ehe dem Schuldner solcher Kummer angekündiget / oder sonst zu seiner Wissenschaft erweißlich gebracht worden / mitlerweile iemandes in andere Wege ein dinglich Recht erlanget hätte / dann respectu dessen würde des Arrestanten Recht / erst um Zeit der beschehenen Ankündigung oder erlangten Wissenschaft seinen Anfang gewinnen. Uti etiam non dubitatur, quin Bona arrestata post factam denunciationem alienata à Creditore vindicari & à tertio possessore repeti possint, ob verba *Ord. Proc. Tit. 51. §.*

Post denunciationem factam bona alienata Debitoris à



Creditorum vindicari possunt.

Wann auch ein Kommer. Et hæc potissima sunt requisita Arresti Saxonici ad Effectum Juris Realis in bonis Debitoris impetrati, quæ necessario concurrere debent, cum formam & essentiam ipsius Arresti concernant, & si negligantur ab Arrestante vel Judice, pro nullo illud declarandum est.

*Not. 15.
Arresti Saxonici Effectus.*

Jus Reale in bonis Debitoris.

Effectus Arresti de jure Communi.

ARRESTUM tribuit Prioritatem in Concursu in tertiâ Classe.

Not. 15. Quod si vero illa omnia, de quibus jam ductu nostræ Constitutionis diximus, ab Arrestante fuerint observata, ejusmodi Arrestum Saxonicum hunc effectum consequitur, ut Creditor ejus vigore habeat *JUS REALE in bonis DEBITORIS*, & hoc speciale est jure Saxonico & observantia vel consuetudine Judiciorum Saxonorum introductum, quo ipso differt ab *ARRESTO PERSONARUM*, de quo sequenti dicemus *Constitut. XXX.* nec non *ARRESTO RERUM & Bonorum Debitoris*, prout illud jure communi concedi solet, cujus finis alius & effectus non est, quam ut Res & Bona Debitoris tamdiu Arresti vinculo sint constricta, ita ut alienari vel è loco Judicii alio dimoveri vel transferri non possint, donec Creditori vel Arrestanti fuerit satisfactum, vel Cautio de solvendo idonea præstita. *Pingvius* hoc est Jus & Pingvior effectus *Arresti Saxonici*, quo Bona Debitoris ita Creditori redduntur obligata, ut in iis *JUS REALE* consequatur, & in *CONCURSU CREDITORUM* aliorum in Bonis Debitoris in *Tertiâ Classe* aliis Creditoribus præferatur, qui antiquius *JUS REALE* in bonis Debitoris non habent. Uti ex *Ordin. Proc. Tit. 41.* & aliis Juris Saxonici Textibus, in Disputatione VII. à Nobis pluribus dictum fuit. Et hic Effectus Juris Realis, quem
tri-

DE ARRESTO SAXONICO.

tribuit ARRESTUM Saxonicum expressis verbis delineatur in *Ord. Proc. tit. 48.* Von dem Dinglichen Recht/so man durch Arrest erlanget. Ubi Serenissimus Legislat. ita disponit: Dieweil in unser Landes Constitution dem Arrest, vermöge eingeführten Gebrauchs / ein Jus Reale gegeben/ so wird es hiemit auch der Prioritet un̄ Vorzugs halben wie mit andern dergleichen Rechten gehalten / und derowegen die Arrestanten von der Zeit an / da sie solch ihr Jus bekommen/ allen andern Gläubigern/ die erst nach ihnen stillschweigende oder außdrückliche Verpfändung oder Hülfen erlangen/ mit der Bezahlung vorgezogen / und gehet solch der Arrestanten Recht von dem Tage und Stunde an/da sie erstlich den Kummer schriftlich angeleget. Und derselbe Gerichtlich registriret worden. Und wann er in genere und indefinite auff alle des Schuldners Güter angeleget/ auch die bona futura, die der Debitor hernach quocunqve modo erlangen möchte / afficiren. Ex hoc textu satis luculenter & perspicue Finis & Effectus Arresti Saxonici probari & describi potest. Quod tamen intelligendum de eo Arresto, in quo omnia illa solennia & requisita, de quibus antea dictum, stricte fuerint observata, item si Processus Arresti solenniter formatus, & vel Confessio adsit debitoris, vel ille documentis recognitis satis convictus, nec non per sententiam Judicis Arrestum pro valido declaratum, tam in formalibus quam Materialibus, Neqve ab illa sententia fuerit Leuteratum vel appellatum Brevibus hæc innuit Legislator Saxonie in *Ord. P. oc. Tit. 51.* His verbis, Da nun forder auff solche Kummer-Klage verfahren wird / und der Schuldner bekenet sich zur Schuld/ oder wird durch

Arrestum non tribuit jus Reale antequam Sententiâ Judicis pro valido declaratum.



*Si Arrestanti,
vel Arrestum
impetranti
alii Credito-
res contradi-
cant, Processus
in Concurſu
ventilandus
eſt.*

die eingebrachte Verschreibung überwiesen / soll alsdenn
der Arrest / bis zu vollständiger Bezahlung für kräftig
erkand / und also hierdurch endlichen der Gläubiger ein
beständig Recht in des Schuldners Güter auff masse /
wie oben gedeutet / erlanget haben. Quod autem mo-
do antea dictum est ex *Ord. Proc.* Per Arrestum Creditori
acquiri Jus Reale in bonis Debitoris, ita quidem, ut præferen-
dus sit à tempore impetrati vel petiti Arresti aliis Credito-
ribus hypothecam vel aliud jus Reale posterius tempore
habentibus, de eo saltem casu intelligendum est, quando
alii Creditores non contradicunt, neque Arresti validitatem
impugnant, vel alio modo res in dubium non vocetur, ali-
ud vero est, si alii Creditores vel ipsum Arrestum, vel prio-
ritatem temporis ratione, vel ex alio quopiam fundamen-
to in dubium vocant, vel contradicunt, tunc uno eodem-
que Processu in Concurſu Creditorum ad disputanda & u-
trinque ventilanda jura sua super prioritate admittendi
sunt, ne alteri Creditori per alterum iniqua inferatur con-
ditio, vel præjudicium aliquod creetur. Quod ipsum præ-
cavere voluit *Seren. Legislator Saxonicus in Ord. Proc. tit. 51.*
Hoc modo: Es soll aber auch dieses / was etwa ein Gläu-
biger / seiner beklagten Schuldpost halben / wieder
den Schuldner ausführet / den andern Gläubigern /
so hierzu nicht vorgeladen / noch darauff gehöret wor-
den / ausserhalb der erlangten Prioritet / nicht zu Nach-
theil gereichen / sondern da sie die liquidirten un̄ zuerkan-
ten Summen halben etwas zu fechten / sollen sie damit
gehöret werden / auch der Gläubiger dieselbe ungeach-
tet / was er wieder den Schuldner erhalten / ferner auß-
zuführen schuldig seyn. Pergit Legislator: Darumb
wenn

DE ARRESTO SAXONICO.

wenn man vermercket / daß ihrer mehr / dann einer Arrestirt, oder ihre Schuldforderung sonst Gerichtlich angegeben / sollen sie in einen Proces zusammen gefast werden / damit einer auff des andern Fürbringen verfahren / und man den Sachen desto eher abhelffen möge. Ex prælaudatâ & sæpius in hac materiâ citatâ à nobis *Ordinatione Processus Tit. 51, §. ult.* Illud prætereundum nobis haud est, sed maximè notandum, quod Creditor, qui Arresto jus Reale in bonis Debitoris legitimè consecutus est, illud jus cedere alteri non possit, nisi adhibito Consensu Judicis, à quo illud Arrestum impetratum, & sub quo bona Debitoris arrestata sita sunt. Verba textus hæc sunt. Die weil auch aus dem/das die jenigen / so durch angelegte Arrest eine Prioritet erlanget / dasselbe Recht folgendes ändern cediren und abtreten/grosse Unrichtigkeit zu erfolgen pfleget / so wollen wir / das hinführo dergleichen Cessiones / wofern einer dadurch vor andern des Cedenten Gläubigern ein Recht erlangen wil / alle Wege mit consens und Nachlassung der Gerichte / vor welchen der Arrest angeleget / und darunter die Güter gelegen / geschehen sollen / welches wir auch conjunctim also in den Fällen erfodern / da bey unser Cankley in genere auf alle bona gekünert / derselben aber ezliche / und sonderlich die jenigen / darauff das jus cessum haften soll / in eines andern Untern Richters unmittelbahren jurisdiction zu befinden. Et tantum etiam de Effectu ARRESTI Saxonici.

Not. 16. Vidimus hactenus, quomodo Arrestum præsertim Saxonicum, quo Creditori Jus Reale in Bonis Debitoris acquiratur, sit legaliter impetrandum & formandum, & quoniam impetrati effectus, pauca adhuc dicenda restant de Arresti RELAXATIONE & dissolutione, Et cum circa

Cedi non potest Jus Arresti alteri sine consensu Judicis.

Not. 16.
DE RELAXATIONE ARRESTI.

ex-

den
tig
ein
se/
no-
tori
en-
ito-
ore
ndo
em
ali-
rio-
en-
em-
u-
ndi
on-
ra-
51.
äu-
der
en /
vor-
ach-
an-
mit
ach-
uß-
mb
enn

*Duo Modi
relaxandi Ar-
resti Saxonici*

1.

*Causa arresta
petendi arre-
sti.*

*Quamvis ar-
restum relaxe-
tur, Debitor
tamen ad pro-
positã actio-
nem responde-
re debet, vel
documentum
recognoscere.*

explicationem hujus *Constit.* nobis salte in sermo sit de AR-
RESTO illo *Saxonico*, quo in bonis Debitoris Creditor Jus
Reale acquirit & prioritatem aliquam, de ejus quoq; relaxa-
tione solum dicemus. In *Ord. Proc. Tit. 51. §. penult.* duo po-
tissimum modi recensentur, quibus eiusmodi Arrestum Sa-
xonicum relaxari solet. (1) Quando in prosecutionis Proces-
su apparet, & ab Arrestato, vel Debitor e jusve hæredib9, vel
Mandatario tantum deductũ & ex actis demonstratum est,
quod nullam causam Arrestum petendi Creditor habuerit.
quo casu in totum arrestum relaxatur seu potius Res debi-
toris ab Arresti vinculo liberantur, vel liberæ & immunes
pronuntiantur. Formula pronuntiandi hæc esse solet: *Das
der angelegte Arrest hinwiederum zu relaxiren immassen
wir ihn hiemit relaxiren und auffheben.* Vel etiam *Das
der gesuchte Arrest nicht statt hat.* Quod verum est, quando
vel Debitum, ob quod Arrestum petitur, probari nequit, vel
Debitor solvendo sit & bonæ famæ & existimationis, nullo-
que ære alieno obrutus. Quod si tamen Debitum liquidum
sit, & à Creditore probari possit documento quodam, vel ali-
unde per testes, vel Debitoris propriâ confessione, tunc ab
arresto quidem liberantur bona Debitoris, Debitor tamen
vel documentum recognoscere, vel ad actionem proposi-
ta respondere & litem contestari debet, vel si jam recog-
noverit documentum, ad solutionem condemnari potest.
Carpz. part. 1. const. 79. def. 43. Sic memini sæpius in supremo
Appellationum judicio pronunciatũ fuisse *Das der gesuch-
te Arrest nicht statt hat / es ist aber Beflagter auf die er-
hobene Klage sich einzulassen und das producirte docu-
ment zu recognosciren schuldig.* Vel ita *Das der angelegte
arrest vor unbeständig zu halten oder zu relaxiren / es ist
aber*

DE ARRESTO SAXONICO.

aber Beflagter sich auff die erhobene Klage einzulassen zu antworten / und mit seiner Nohtturfft zu verfahren schuldig. Vel si documentum jam sit recognitum, & Debitor tales exceptiones non habeat, quibus declinare condemnationem possit, ita pronuntiari solet: Das der angelegte Arrest nicht statt hat oder zu relaxiren, es ist aber Beflagter die libellirte Post Klägern binnen Sächsischer Frist bey Vermeidung der Hülffe zu bezahlen verbundē. Et hic primus Modus est, quo secundum *Ord. Proc.* Arrestum in judiciis Saxonis relaxari solet. (2) Alter Modus relaxandi Arresti est, quando Arrestatus Debitor se ad *Cautioem* offert illamque ita præstat, ut inde Creditor satisfactionem & solutionem habere & accipere possit. Quo casu tamē Arrestum non in totum relaxatur, sed in tantum, ut Debitor liberam habeat de bonis suis disponendi facultatem, interim tamen prioritatis jus ad illam cautionem, & si hæc quoque deficiat, in aliis bonis Debitoris salvum & intactum maneat. Operæ pretium erit ipsa verba sereniss. Legislatoris ascribere. Ex §. Wenn die Arresta zu relaxiren: Wenn aber in der Ausführung sich so viel befindet / daß einer zu arrestiren nicht gnugsame Ursachen gehabt / oder der Schuldener erböte sich zu einer Caution / und bestellete dieselbe dermassen / daß sich der Arrestant seiner beflagten Schulden daran vollkömmlich zu erholen / soll alsdenn der Arrest aufm ersten Fall in totum, aufm andern aber so weit relaxiret werden / daß der Schuldener mit seinen Gütern seines Befallens zu gebahren habe / aber gleichwol dem Arrestanten seine durch den angelegten Arrest erlangte Erstigkeit zu der bestalten Caution / und wenn es auch darum mißlich

G

wor=

(2)
Relaxatur Arrestum per Cautioem idoneam.



Si ipse Creditor ab Arresto defistat vel illud deserat.

De Relaxatione Arresti Personalis vel Realis de Jure Communi.

Iustæ Relaxationis Causæ.

worden/ und sie nicht zureichen wolte/ zu andern des Schuldners Gütern unverrückt verbleibe. Hæc tamen solenni relaxatione non opus est, si ipse Creditor remittat arrestum, tunc pronuntiari solet. Weil Kläger und Arrestant den gesuchten Arrest fallen lassen/ so hats dabey sein Bewenden. Item si ipse fatalia Arresti prosecutionis vel renovationis neglexerit, quo casu hæc formula est: Das der angelegte Arrest desert und erloschen/ das der gesuchte Arreste vor unkräftig und unbeständig zu halten. Et ita se res habet in relaxatione vel dissolutione Arresti Realis de jure Saxonico. Quomodo verò Arrestum Personale vel Reale de jure Communi dissolvatur, vel relaxetur, pluribus exponit *Mevius in Tractat. de Arrestis cap. 25.* Ubi ostendit Personæ Arrestum morte Arrestati solvi, quamvis Res ejus sub Arresto maneat, cum Arrestum contra hæredes in bonis Defuncti prosequi liceat. Item relaxatur Arrestum voluntate & consensu Creditoris, nisi insimul jus & interesse publicum in eo Arresto versetur, quod pacto privatorum immutari non potest. Recenset ibidem Casus nonnullos, quibus invito Arrestato ab Arresto recedere non licet. n. 6. 7. 8. Porrò dubium non est, quin etiam jure Communi relaxari debeat arrestum, si Arrestans ipse prosequi arrestum debito modo secundum cujusque loci consuetudinem intermittat & negligat. Imprimis tamen Relaxationis arresti potestas ad Judicis arbitrium & Officium spectat, de jure Communi pariter, & Saxonico, modo Justas habeat relaxandi Causas: illæque satis probentur. Quales sunt, si ab Arresto fuerit legitime appellatum, solutione debiti vel compensatione, si injustum sit arrestum, si debitor bonis cesserit, audito tamen Creditore,

Re-

DE ARRESTO SAXONICO.

Regulariter cessio non liberat Jure Saxonico, nec rerum multo minus Personarum. Si debitor indulgentiam habeat moratorium. Et denique si idonea Cautio praestetur: quae ordinaria Medicina Arresti vocatur. De hac cautione itemdē *Mevius* prolixè tractat d. c. 25. n. 40. & seqq. Et tantum de ARRESTO RERUM, praesertim illo, quod Saxonico appellatur, occasione nostrae Constitutionis dicta sint, quo nempe Jus Reale acquiritur in Bonis Debitoris. Quod illud ARRESTUM RERUM attinet, quo res saltem Debitoris tam diu retineri petuntur, vel arresti vinculo obligari, donec satisfactum sit Creditori, non opus est, ut singulariter dicamus, cum in eo nil quicquam jure Saxonico mutatum sit.

CONSTITUTIO XXX.

CONST. XXX.

Wie weit und in welchen Personen die Kommer / sonderlich in wählenden Märkten zu gestatten.

¶ Zewel wir berichtet / daß mancherley opinionones in diesem Fall seyn / und unsere Schöppen-Stühle auch selbst darinnen ungleich gesprochen / so haben wir eine Nothdurfft geachtet / die Dinge durch eine Constitution in Richtigkeit zu bringen. Ordenen / setzen und wollen demnach / daß allein die Personen / so an einen gewissen Orth contrahiret / sich verpflichtet / und die solution an selbigen Orth zu thun versprochen / so lange bis sie gewisse Versicherung gemacht / daselbst arrestirt und verkümmert werden mögen / aber alle andere / welche entweder selbst nicht contrahirt, oder ihre

G 2

Bewil



Bewilligung beständig und freywillig nicht geben / wenn sie gleich der obligirten Person Unterthan oder Diener / sollen mit keinem Arrest belegt werden. Wir wollen aber sonderlich / daß in allen Fällen / innerhalb der öffentlichen Märkte / der Handel und Werbung halben / die Freyheit gehalten / kein Arrest statt haben / auch bürgerlicher Sachen und Obligation wegen / niemands angehalten werden soll.

NOTE.

Not. 1.
CONNEXIO
CONSTIT. 6.
jusque Argu-
mentum &
Dispositio.

Not. 1. Postquam Serenissimus Legislatoꝝ in præcedenti *Const. 29.* egit de ARRESTO, præsertim *Saxonico*, & quo Creditori in bonis Debitoris JUS REALE acquiritur, jam præsentis *Constitutione 30.* quædam specialiter constituit de ARRESTO PERSONALI, in quibus casibus illud in foro Saxonico locum inveniat, & quomodo illud imprimis tempore Nundinarum publicarum & solennium ob debitum civile admittendum sit, nec ne? Quemadmodum verò jam antea à nobis dictum est, quod in omni ARRESTO cautè procedendum sit in decernendo illo, cum extraordinarium aliquod sit remedium juris, & initium aliquod executionis, ad quod recurrendum non est, nisi deficientibus remediis ordinariis, ita imprimis ARRESTO PERSONALI nemo facilè à judice onerandus est, nisi prægnans admodum & justissima adsit ratio & causa, quæ judicem movere possit. Facilius enim conceditur ARRESTUM RERUM, quam PERSONARUM, præsertim ob debitum civile, cum hoc speciem quandam præ se ferat carceris vel capturæ, & aliquo modo cum injuria & ignominia Arrestati conjunctum. *Pec. de jur. sistend. c. 6. n. 14. Celler. de Proc. execut. 2. cap. 3. num. 154. Medius de Arrest. cap. 2. num.*

DE ARRESTO SAXONICO.

2. num. 10. Cum itaque sine justissima causa, uti dictum, a Judice ad imponendum ARRESTUM PERSONALE deveniendum non sit, ante omnia, & priusquam ad explanationem ulteriorem nostrae Constitutionis progredimur, illae CAUSAE ponderandae & ventilandae nobis sunt.

Not. 2. Possunt autem Illae CAUSAE, ob quas ARRESTUM PERSONALE a iudice imponi potest, in duas potissimum classes distingvi. Quarum Prima continet ARRESTA PERSONALIA, quae decernuntur ob delicta commissa, altera, ob debitum aliquod vel causam civilem. Quod illa ARRESTA attinet, quae ob crimen aliquod perpetratum imponuntur, in illis iudex maxime attendere debet PERSONARUM qualitates, differentias. Porro ipsorum delictorum rationem, num atrocita sint & majora, an levia & minora? Personarum nempe omnino attendenda qualitas est, cum personae indignitate quadam constitutae, & honestioris conditionis, non tam facile ob delictum aliquod levius arrestari debent, nisi forte tale sit crimen, quod vergit in detrimentum Reipublicae, vel corporis aliquam afflictivam vel etiam capitis poenam inferat. Tum enim maxime ARRESTUM PERSONALE locum habet, ne delicta maneant impunita, & quamvis honestiores personae ARRESTO ignominioso vel captura facile plecti non debeant, in delictis tamen puniendis iudex magis Bonum Publicum, quam honorem privatorum attendere debet, & ita in publicis delictis solum PERSONALE ARRESTUM illud sufficiens non est, quo nudis verbis vel ab ipso iudice, vel per ministrum iudicis & apparitorem ARRESTUM imponitur, sed conjunctum insimul esse debet cum aliqua custodia honesta, vel captura pro qualitate

Not. 2.
CAUSAE ob
quas PERSONALE ARRESTUM locum habet. Vel sunt ob Delictum, vel Debitum & factum Civile.

G 3

per-



Arresta instar
sequestrationum
regulariter
prohibita.

Duplex Arrestum
Saxonico
jure ob dupl-
cem effectum
& finem.

1.
2.

personæ & ipsius delicti, ne reus & delinquens sub specie honesti Arresti fugam arripiendo mandatum judicis eludat, & delicta in perniciem Reipublicæ maneant impunita. Sed de ejusmodi Arresto Personarum ob delicta alibi dicitur, circa IV. Partem Constit. ubi tractabitur de CRIMINALIBUS. Præsenti loco dicendum nobis saltem est de ARRESTO PERSONARUM, quod imponitur ob debitum aliquod Civile. Hoc regulariter tam de Jure Civili, quam Canonico, ad exemplum *Sequestrationis* prohibitum est. Valet enim argumentum Juris Civilis desumptum à *Sequestro* ad *Arrestum*, & viceversâ *Mevius Tract. de Arrest. cap. 1. n. 16.* Non solum vero prohibita sunt regulariter Arresta Personarum sed & Rerum, ad exemplum *Sequestrationis t. t. C. ff. de prohib. Sequestrat.* neque solum jure Civili & Canonico sed & *Saxonico*. Hoc nempe jure Saxonico duplex quasi Arrestum datur, ob duplicem finem arrestantis vel arrestum petentis. (1) *Quando Persona vel Res Mobilis vel Immobilis ob evitandam aliquam difficultatem judicialiter detineri vel sequestrari petitur.* (2) *Quando eum in finem in Bonis Debitoris à Creditore Arrestum petitur, ut jus Reale ipsi & Prioritatis præ aliis Creditoribus acquiratur.* Arrestum prioris Generis vel Personæ vel Rerum regulariter instar *sequestrationis* prohibitum est, tam jure civili quam Canonico, quod etiam sequitur *Jus Saxonicum*, in *Ord. Proc. Tit. 51.* Exceptis certis casibus, vel ex justissimis Causis. Hoc posterius vero Arrestum, quo Creditor saltem jus Reale quærit in bonis Debitoris, consuetudine & observantiâ Judiciorum Saxonorum receptum & certis Constitutionibus approbatum est. Modo debita requisita adsint & certæ legeque definitæ solennitates adhibeantur.

De

DE ARRESTO SAXONICO PERSONALI.

De qua specie Arresti jam tum diximus in *Constit.* præcedenti XXIX. Præsens autem hæc nostra constitutio agit de illo ARRESTO, quo Persona vel Res DEBITORIS eum in finem detinentur, ne fugam arripiat Debitor, vel vel ut satisfiat Creditori vel Arrestum petenti. Et ejusmodi Arrestum Interpretes nonnulli Juris Saxonici vocant *Sequestrum* vel *PERSONÆ* vel *Rerum*. *Colerus* enim in *Tract. de Processib. Execut. part. 1. cap. 2. n. 184.* putat, sequestrum saltem ab Arresto voce differre. Sequi illum videtur *Carpzovius* ad hanc *Constit.* variis in Definitionibus, quibus hoc Arrestum Personæ vel Detentionem Personalem Debitoris vocat sequestrum vel sequestrationem, & persona dicitur sequestrari. Motus procul dubio verbis Legislatoris supremi in *Ordinat. Process. Tit. 51.* qui jam antea à nobis citatus fuit & allegatus. Sunt autem verba hæc initialia. *Nachdem der Arrest in unsern Landen / vornehmlichen um zweyer Ursachen willen / oder auf zweyerley weise gesucht und angenommen wird. Erstlich wenn man eine Person oder stuck Guts / es sey beweglich oder unbeweglich / um allerhand Vorsorgen willen / gerichtlichen Anhalten und sequestriren læsset. Zum andern zu dem Ende / das einer dadurch eine Gerechtigkeit in in seines Schuldners Gütern / vor andern desselbigen Gläubigern / erlange / und aber in dem ersten Fall die Arresta insgemein verboten / und dargegen verordnet / daß keiner ab executione anfangen / noch einen andern an Leib und Gut kummern / und mit Arrest beschlagen / sondern da er ihn zubesprechen / mit ordentlichen Rechte thuen soll ic.* Videtur hoc textu procul dubio motus, *Carpz.* quod *Arrestum* vel *Personæ* vel *Rerum*, *Sequestrum*

Num differat Arrestum à Sequestro.

Pro Negativâ.

ap-



*Pro Affir.**Differentia
Sequestri &
Arresti.*

appellet. Sed Serenissimi Legislatoris mens, quantum ego arbitror, hæc non fuit, ut omnem inter ARRESTUM & *sequestrum* tollere voluerit differentiam, sed vocabulo illo *anhalten und sequestriren* exprimere saltem voluit convenientiam Arresti, aliquam cum sequestro, dum jam antea diximus, à sequestro Juris Civilis & Canonici validum in multis argumentum desumi posse ad Arrestum. Interim si utriusque vocis definitionem realem spectamus, & essentialia requisita ventilamus *Sequestri & Arresti*, non solum communis, sed & Saxonici, magnas omnino differentias inveniemus. Uti rectè annotavit *Mevius in Tract. de Arrestis cap. 1. n. 4.* Ubi pluribus ostendit errasse Colerum quando asserit, *Sequestrum* non nisi voce differre ab ARRESTO. Verba ejus hæc sunt: *Arrestum est saltem impedimentum. Sequestratio vero separatio rei controversæ penes Tertium, qui sequester vocatur. Illud arrestum etiam est Rerum, quarum certa etiam sunt dominia & possessiones. Hæc vero sequestratio illarum rerum, de quibus lis & controversia est, vel super dominio vel possessione inter duos vel tres. Arrestum non requirit citationem partis, sed ipsamet aliqua realis est citatio & in sciâ vel invitâ parte fit. Sequestratio requirit causæ cognitionem & citationem &c.* Hæc tenus *Mevius*. Unde ego puto, non facile confundenda esse nomina tam diversæ naturæ, nec recedendum à vocabulis quæ in Legibus antiquis vel usu fori fundata sunt, uti etiam in Judiciis Saxonice neque in stilo fori hæc confundi scio.

*Ob Delictum
frequens est*

No. 3. Sed missis vocabulis ARRESTI & SEQVESTR', eorumque usu promiscuo, revertimur ad CAUSAS, ob quas PERSONALE ARRESTUM locum habet. Et diximus primam causam Arresti Personalis esse DELICTUM
ali-

DE ARRESTO SAXONICO.

aliquod. Hujusmodi Arrestum Personale frequentissime imponitur in Academiis à Rectore Studiosis vel aliis Civibus Academicis, quod pro in honesto non habetur, neque reverà cum aliquà ignominia conjunctum, sed eo ipso saltem obligantur ad satisfactionem legis, vel partis, & jubentur tamdiu loco discedere. Et hoc ipsum Legibus Academiae Wittebergensis insertum juramento promittendum est. Verba Juramenti hæc sunt: *Quarto ex Arresto, si quod Rector mihi denunciaverit, neque ipse discedam, neque res meas amovebo.* Cujus ARRESTI violatio duriori poena relegatione, vel alia coerceri solet.

Arrestum Studiosorum in Academiis.

Not. 4. ALTERA CAUSA ARRESTI PERSONALIS est DEBITUM CIVILE, & de hoc potissimum tractat præsens Const. XXX. Illud ipsum quamvis regulariter jure & communi & Saxonico prohibitum sit, ex certis tamen & justis causis permissum. Ejusmodi causæ nonnullæ recensentur in specie, partim in Const. XXX. Partim in Ord. Proc. Tit. 51. in pr. In nostra Constitutione solummodo illæ Personæ, quæ certo loco contraxerunt & solutionem in loco Contractus promiserunt, tamdiu detineri in Arresto permittuntur, donec Cautionem præstiterint vel satisfactionem Creditori, verba hæc sunt: *Daß allein die Personen / so an einen gewissen Ort contrahiret / sich verpflichtet / und die solution an selbigen Ort zu thun versprochen / so lange / bis sie gewisse Versicherung gemacht / daselbst arrestiret und verkümmert werden mögen.* Idem hic casus recensetur in Ord. Proc. Tit. 51. Wann ein Ausländischer und in unsern Landen nicht angefessener / contrahiret / und in demselben zu bezahlen sich verpflichtet / oder bey Handwercks Leuten etwas machen lassen / und nicht bezahlt

Not. 4. Altera Causa Arresti Personalis: DEBITUM CIVILE.

Ex contractu proprio quilibet in loco Contractus arrestari potest Morosus Debitor.

H

hatte;



*Qui ipsi non
contraxerunt
Arrestari ne-
queunt.*

2.

*Arrestum lo-
cum non habet
tempore Nun-
dinarum.*

*Fugitivus vel
de fugâ suspe-
ctus etiam in
loco ubi non
contraxit Ar-
restari potest.
Jure Civili*

& Saxonico.

hatte: Excipiuntur itaque Omnes illi, qui vel ipsi non con-
traxerunt, vel consensum suum constanter & libere non
dederunt, quamvis Personarum Contrahentium vel Obli-
gatarum Subditi vel Ministri sint, Textus ipse ita excipit.
Aber alle andere / welche entweder selbst nicht contrahi-
ret / oder ihre Bewilligung beständig / und freywillig
nicht geben / wann sie gleich der obligirten Personen
Unterthan oder Diener / sollen mit keinen Arrest bele-
get werden. Imprimis vero (2) & ante omnia præsentia
Constitutione prohibentur Personali Arresto affici contra-
hentes ob Debitum Civile *Tempore Nundinarum Publica-
rum. Verba §. ult. hæc sunt.* Wir wollen aber sonderlich/
daß in allen Fällen / innerhalb der öffentlichen Märcke /
die Freyheit gehalten / kein Arrest statt haben / auch
Bürgerlicher Sachen un Obligation wegen / niemands
angehalten werden soll. Ad hanc Constit. recte monet
Mollerus, Debitorem Fugitivum vel de fugâ suspectum in
loco, ubi etiam non contraxit, arrestari posse. De jure
enim Civili etiam permissum est ejusmodi Debitorem
non solum detinere, sed etiam incarcerare. l. 10. §. 16. ff.
*Quæ in fraud. Credit. ubi Ulpianus ita differit. Si Debitorem
Meum, & Complurium Creditorum consecutus essem confugi-
entem, secum ferentem pecuniam & abstulissim ei id, quod
mibi debeatur. & c. & l. 54. C. de Decurio*, ubi permittitur in
Decurionem, si desit Præsidis copia manus injicere. Et hanc
dispositionem Juris Communis approbavit etiam *Sereniss.
Legislator JOH. GEORG. I. in Ord. Process.* ubi omnibus illis
casibus, quibus jure Communi scripto detentiones Perso-
narum conceduntur, etiam arresta concedit Personarum.
Verba hæc sunt: So wollen wir auch / daß dergleichen
Arrest nicht verstattet werden sollen / ausserhalb deren
Fälle/

Fälle / in welchen sie nach gemeinen beschriebenen Rechten vergönnet / und nachgelassen seynd. Als wenn einer nicht gnugsam besessen / flüchtig / oder derenthalben aus erheblichen Ursachen verdächtig wähere. Hic expresse permittitur Arrestum Personale Debitoris fugitivi, vel de Fuga suspecti. Addit Legislator Saxonicus & hunc casum, si Debitor in aliam jurisdictionem vel territorium se conferre velit, neque tantum post se relinqvat, vel bonorum immobilium, vel aliarum facultatum, unde Creditor solutionem suam habere possit, Verba *Ord. Proc. Tit. 51. §. 1.* hæc sunt; Oder aus unsern Landen in ein fremde Gerichte ziehen / und nicht so viel hinter ihm / an liegenden oder sonst gewissen Gütern verlassen wolte / daß sich der Kläger daran zu erholen. Cum hoc casu affinis etiam est ille, si extraneus Subdito vel Civi aliquid debeat, & Creditori in loco iudicii & coram Iudice competente justitia vel sententiæ executio denegata fuerit. Species hæc esse videtur justarum repressaliarum. Verba §. 1. in *Ord. Proc. Tit. 51.* ita hunc casum referunt: Oder aber / wenn sonst ein Fremder Unsern Unterthanen / was schuldig wähere / und ihm an dem Ort / da er beklaget und besessen / auf gebühliches Ansuchen / recht nicht gestattet / noch verholffen werden wolte. Additur ibidem & hic casus, si suspectus sit debitor de *Prodigalitate & dilapidatione*, vel alienatione bonorum & amotione, ut Creditori his sublatis bonis satisfieri nequeat sine aliqua difficultate. Oder wann vermuthlich / daß etwas von den innehabenden dilapidiret / und dermassen verrückt und entwand werden möchte / daß man sich hernacher dessen so bald nicht wieder zu erholen. Tandem ibidem in *Ord. Proc.* & hic annectitur casus, vel hæc causa, ob quam Arrestum

Si Debitor in aliam provinciam migrare velit.

Si Creditori justitia denegata sit in foro Debitoris.

Si Creditor videat Debitorem bona dilapidare, alienare, amovere.

Arrestari potest Hospes in diversorio Conductor ob pretium locationis non solutum.

Arresta relaxantur Personalia praestita Cautione.

Plures sunt Casus, quibus Arrestum locum habet, qui jure Communi continentur, & jure Sax. non improbantur.

stum etiam Personale locum habet, si quis hospitio publico exceptus Hospiti debeat pro victu, vel conductor, qui discedere vult, pretium conductionis pro domo, agro, horto &c. non solverit. Desgleichen wenn ein Gast um schuldige Zehrung / und ein Zins-Mann / der hinweg ziehen will / um denn von einem Hause / Hof / Acker / Wiese / oder andern versehenen Zins / wolte arrestiret werden. Et hæ sunt justæ & præcipuæ illæ Causæ, quæ jure Saxonico exprimuntur & recensentur, ob quas ARRESTUM PERSONALE locum habere potest. Vel etiam conjunctim Personarum & Rerum simul, eum nempe in finem, ne illæ personæ discedant, neque Res suas amoveant, vel alienent, antequam satisfactum fuerit Creditoribus. Hujusmodi autem arresta vel Personarum vel Rerum, de quibus jam dictum, relaxari possunt & removeri, quando Debitor Creditori sufficientem præstet cautionem *Ord. Proc. Tit. 51. §. 4.* In allen denen Fällen aber / da solcher Arrest verstatet wird / sol man denselben wiederum relaxiren / und eröffnen / wann der wieder welchen er erhalten / des Klägers Zusprüche halber / genugsame Caution und Versicherung machet würde. Notandum tamen Circa antea allegatos casus, quibus Jure Saxonico conceditur Arrestum Personale, vel etiam rerum simul, illos alios non expressos, vel non nominatos, non excludere, ob verba generalia *Ord. Proc. Tit. 51.* ausserhalb derer Fälle / in welchen sie nach beschriebenen Rechten vergönnet. Quinam autem hi sint casus, quænam Causæ, ob quas Arrestum Personale locum habeat prolixè recenset *Mevius Tract. de Arrest. cap. VI.* Ubi hæc allegat causas (1) *Fugam Debitoris* (2) *Suspicionem de Fugâ ejus, qui immobilia non possidet.* (3) *dilapidationem Rerum,* (4) *Contumaciam* (5) *Si extranei sint Debitores* (6) *si Debitor non sit.*

DE ARRESTO SAXONICO.

fit immobilium possessor. (7) Si civis aliò discedens jus Emigra-
tionis vel mutati domini die Nach-Steuer non solverit (8)
Si Subditi operas & obedientiam recusent (9) si aliena anima-
lia in prædio reperiantur. (10) Diffamatus diffamantem ubi-
que detinere potest. (11) Si Testes testimonium dicere recusent.
(12) Si Tabelliones Nuncii executores executionis instrumenta
edere nolint. (13) Si quis vectigal non solverit (14) Rectè deti-
nent Hospites & nautæ res hospitantium pro victu vectura &c.
(15) Quando quis in Personâ in judicio se sistere recusat, cujus
præsentia est necessaria (16) Si Actor reconventus cavere non
possit. (17) Si Creditori in loco domicilii justitia denegatur
(18) Si Debitor nimis iniquam moram contrahat in solvendo.
(19) si debitor frequenter alio migret, (20) Si debitor tempore
belli nullibi inveniri possit. Et denique statuunt Dd. arre-
stum in omnibus casibus locum habere, quibus Sequestrum,
vel quoties statuto vel lege introductum & concessum, vel
pacto & conventionem, vel privilegio & præscriptione. Vide
Colerum Tract. de Process. execut. part. 1. cap. 5. Quænam
autem Personæ arrestari non possint, jam dictum in Const.
præced. Restant adhuc pauca dicenda de Exceptione nostræ
Constitutionis duplici, quâ (1) Arrestari prohibentur ob de-
bitum Civile, qui ipsi non contraxerunt (2) Tempore Nun-
dinarum Personæ imprimis mercatorum. Quod primam
exceptionem attinet, Regula hæc proposita fuit in nostra
Constitutione, quod contrahens, in loco contractus, si
non satisfaciatur suo Creditori, ibidem arrestari possit, si nem-
pe promissit, se ibidem soluturum vel tacite vel expresse. Hæc
regula tamen patitur limitationes varias. v. c. si contrahens
in alio loco, non contractus solutionem promissit Carpz.
part. 1. const. 30. def. 5. Referunt huc casum, si minimum sit
Debitum, propter Arrestum Personale locum non invenit.

Varia causa Arresti Personalis.

Exceptiones due hujus Constitutionis. Arrestari nequeunt, qui ipsi non contraxerunt.

Si in alio loco solutio debiti promissa. Si minimum sit Debitum.

H 3

Peck



Ministri Mercatorum.

Subditi Principis vel Cives Universitatis.

II.

Tempore Nundinarum Arresta prohibita.

l. Unic. C. de Nundinis & Mercatis.

Peck. de jure sistend. cap. 5. n. 20. Berlich. part. 1. Concl. 75. n. 35. Porro excipiunt Dd. casus, si quis in loco contractus, in quo solutionem promisit, testimonii dicendi causa commoretur. *Carpz. ad b. Const. def. 10.* Porro cum odiosa sit Personæ detentio, ad alias personas extendi non potest, quam ipsos contrahentes, non ad illos, qui ex sua promissione non obligati sunt, quamvis *Mercatorum Ministri* sint, *Institutores* vel *Factores*, ob verba Const. *Wann sie gleich der obligirten Diener.* Eadem Ratio est in *Civibus* vel *Subditis*, qui pro debito Civitatis vel Principis arrestari nequeunt, ob verba *Unterthanen.* Ratio est quia odiosa sunt restringenda c. *Odia 15. d. R. 7. in 6to. l. 41 ff. de pœn.* Nisi forte cives se universi & singuli obligaverint, Et in Contractum Magistratus Cives etiam singuli consenserint: Tunc enim conveniuntur non ex alieno, sed proprio contractu, & secundum Regulam Constitutionis nostræ personaliter detineri possunt. *Hartmann. Pistor. part. 1. quest. 37. n. 7.* Et hæc est prima Exceptio, quod illi detineri Personaliter non possint, qui ipsi non contraxerunt. Altera Exceptio est, quod tempore *Nundinarum* publicarum Personæ *Mercatorum* præsertim arrestari non possint ob debitum Civile. Et hæc quoque nostra Constitutio concordat cum dispositione Juris Romani. Ita enim in *Lege Unica de Nundinis & Mercationibus*, disposuerunt, *Imperatores Valens & Valentini: Qui exercendorum Mercatum aut Nundinarum licentiam vel Veterum indulco, vel nostrâ autoritate meruerunt, ita beneficio Rescripti potiantur, ut nullum in Mercatibus atque Nundinis ex Negotiatorum mercibus conveniant, vel in venalitiis aut locorum temporali questu & commodo privata exactione sectentur, vel sub pretextu privati debiti aliquam ibidem concurrentibus Molestiam possint inferre.* Confirmavit hoc ipsum

DE ARRESTO SAXONICO.

ipsum Imperator Justinianus in Nov. 52. cap. 1. in pr. Propterea sancimus nullam omnino pignorationem in Nostrâ Republicâ prevalere (Neque in Mercatis hoc quod maxime ibi presumptum invenimus,) neque in agris, neque in civitatibus &c. Et ita Divus Augustus hæc jura ab Imperatoribus Romanis mutuassee videtur in §. ult. Nostr. Const. Wir wollen sonderlich / daß in allen Fällen innerhalb der öffentlichen Märkte / der Handlung und Werbung halben / Freyheit gehalten / kein Arrest stadt haben / auch Bürgerlicher Sachen und Obligation wegen niemands angehalten werden soll. Uti tamen leges antea citatæ Romanæ, ita & hæc Constitutio Saxonica non de aliis nundinis intelligenda est, quam solennibus, quæ ex immemoriali consuetudine, vel Imperatoris Privilegiis vel alterius cujusdam superioris permisso & indultu, sine quo pro talibus non habendæ, cõcessæ, Jahrmarkt / öffentliche Messen / quæ forte bis vel ter in anno celebrari consueverunt. Ut ita hoc privilegium extendendum non sit ad Nundinas, quæ singulis septimanis in oppidis haberi solent, die Wochen-Märkte / quæ non gaudent indultu Superioris, nec gaudent ista securitate, quoad arresta, Mevius tract. de Arrestis. cap. 11. n. 12. Rectè quidem in solennium Nundinarum catalogo recenset Carpz. ad h. Const. Francofurtenses ad Mænum, & Oderam, imprimis vero Lipsienses, Naumburgenses, quæ à Variis Imperatoribus insignibus privilegiis & immunitatibus munitæ sunt, & in quibus Mercatores celebriores fere Europæ confluunt, de quibus dubitandum non est, quin illa gaudeant securitate illâ, quod durante illo tempore, nemo Arresto vel aliâ executione molestari debeat, uti illa securitas expressis verbis Privilegiis concessis est inserta & postmodum publico scripto edita & à Sereniss. Elect. Saxonie approbata. Vide das Leipziger Markt-Rescript. So jamè ob generalitatem rationis, nec ego solis Imperialibus vel liberis Civitatibus hanc tribuendam esse existimo immunitatem, sed & aliis Oppidis vel Municipiis, quæ à Principe jus Nundinarum solennium vel pu-

Nov. 52. cap. 1.

Jus Sax. concordat Civili Romano.

Nundina Solennes.

Nundina Hebdomaria Wochen-Märkte.

Recensentur Nundinae solennes Germanie præcipue.

Generale privilegium est



Arresti prohibiti ob Nundinas.

Publica Campana Nundina indicuntur & finiuntur.

Arrestum Personae ob delictum etiam Nundinarum tempore locum habet.

Relegati Banniti.

publicarum impetrarunt. Ratio nempe generalis haec est, quod Nundinarum securitas ad salutem Reip. pertinet, & quod florentibus Commercii civitas impingvetur, & crescat, tum ut ea, quae ad vitam Communitatem necessaria sunt, liberius & majori cum copia importentur, non impedita tam Ementium quam Vendentium libertate, sine qua rarius frequentarentur ista commercia. Quo circa moris est, sub initiis & fine Nundinarum per Campanam publicum incipientis & desinentis securitatis signum dare. Wenn der Markt eingeleutet und ausgeleutet wird. Ne ergo id frustraneum sit, & nudus sonus, oportet illis, qui confidunt voce publicae securitatem servare. Verba sunt Dav. Mevii de Arrest. c. 11. n. 10. & seqq. Caeterum haec assertio juris Civilis pariter & Saxonici, quae arresta personalia tempore Nundinarum publicarum interdicta sunt, intelligenda saltem est de *Debito & Obligatione Civili*, cujus gratia Arresta petuntur & decernuntur, nullatenus autem extendenda est ad *Causas Criminales*, Verba nostrae Constitutionis finalia illud ipsum perspicue indicant: Auch Bürgerlicher Sachen und Obligation wegen niemands angehalten werden soll. Delinquentes nempe non gaudent hac immunitate, qui praetextu Nundinarum non sunt securi ab Arresti vel Carceris vinculo. Quibus annumerantur & illi, qui non tempore Nundinarum solum delinqunt, sed & illi, qui jam antea ob delictum damnati, relegati, proscripti, maxime vero *Banniti*. addit *Peckius* hanc rationem, quia ejusmodi homines tanquam hostes civitatis magis pacem publicam turbandi animo accedere creduntur, quam mercandi. *Mevius* autem putat in carceres revocandos esse illos, quos nundinarum fiducia praeteritae culpa & poenae fecit immemores. *Carpzov.* statuit, quod ejusmodi *relegati & facinorosi* revertentes tanquam perjuri poenam abscissionis digitorum incurant secundum *Const. Elect. 28. part. 4.* Refert etiam in hanc classem *fures artificiales die Geld. Diele/ Beutelschneider.* Sunt tamen & alii Casus, in quibus etiam Tempore Nundinarum ob debitum civile Arrestum Personae locum habet, quorum sum referunt illos, qui Mercatores non sunt, si Arresto fuerit expresse renunciatum, si Tempus Nundinarum finitum, quos recensent *Mevius, Peckius & alii!* Et haec sunt illa, quae de ARRESTO SAXONICO occasione nostrarum *Const. 29. & 30.* dicere voluimus.

☉(**)☉



ritò
E-
fer-
ult.
oon
icht
fo.
m-
ra-
unt
qvi
nt,
m-
nt,
ræ-
nt,
&
in-
atâ
re
lev
ers
nd
ere
it/
lfo
der
m,
ad
ab

DISS
CONSTIT
DIV
ARRES
Ex Part
Indult
IN ACA
REC
WERNI
MAR
CON
In Audito
JOHANNI
Typis M

767.
8
CA
RALES
TI,
ICO,
XX.
is
NSI,
ORO
P.
83.
ÖTER,
e

